TESTIMONIALIS COMMISSARIUS LATINO-GERMANICUS-siue

De Commissarij ad recipiendum & *examinandum testes* in Cameræ Imperialis Iudicio, alijsq; Consistorijs ac Dicasterijs deputati officio &c.

-- Breuis & pulchra Enarratio --

In vtroq; idiomate ac tenore Latino *&* Germanico *pro omnium officiatorum, Iudicum, Notariorum & practicorum vsu atq; cōmoditate &c.*

Id est:

Kurtze gründliche Instruction vnd Proceß/ wie in Cōmission sachen an Fürsten-Cantzley/ Höff- vnd Vndergerichten/ auch bey Käys. Cammer zu Speyer förmlich vnd rechtlich zuverfahren. Allen Richtern/ Beampten/ Kellern/ Zentgraffen/ Stattschreibern/ Notarien vñ Procuratorn gar nützlich/ auch vermehrt vñ *meliorirt-studio-*

W.S. à V. Prot. Ap. Cō. Pal. Cōmiss. & Cust. Aschaf.

* * *

Cum grat. & priuileg. Sac. Cæs. Maiest.

Aschaffenburg/ *Typis Quirini Botzeri An.* 1630.

Dem Ehrnvesten vnd Hochachtbarn Herrn Johann Philips Lieben Churfl. Maintzischen Keller zu Statt Prodtselden / etc. Meinem Großgünstigen Herrn vnd Patron.

EPISTOLA DEDICATORIA.

DJe vielfältige ansehenliche Gutthaten vnd sonderbare günstige gewogenschafft / so mir biß anhero von E. Ehrnv. vnd Großgünst zum öfftern ersprießlich erwiesen vnnd erzeigt worden / auch ich noch täglich mit mehrem empfinden vnd verspüren

spüren thue / Haben mich kräff-
tiglich dahin bewogen vnnd er-
zwungen / E. Ehrnv. vnd Groß-
günsten gegenwertige offentliche
dancksagung hiemit in schriff-
ten würcklich zu leisten vnd abge-
hen zu lassen / auch hierdurch E.
Ehrnvest sonderbare vätterliche
Affection noch ferners gegen
mich beharrlicher vnd vnsterbli-
cher massen continuirlich fortzu-
pflantzen vnd zu amplificiren;
Derowegen ich erzehlter Vrsa-
chen vnd Gutthaten halben nit
vnderlassen sollen / deroselben E.
Ehrnvest dieses nützlich Büch-
lein

lein (so TESTIMONIALIS COMMISSARIUS Latino-Germanicus oder Commissions Proceß intitulirt würdt) zu sonderbahren Ehren in Truck zuverfertigen/ vnd vnterdienstlich zu dediciren. Es ist auch benebens mir vnnd menniglich guter massen wol bewust vnd bekant/ daß E. Ehrnvest auß angeborner/ vnnd von seinen geehrten Voreltern rümblich herbrachten Neygung vnd Tugenden/ ein sonderbarer Patron vnnd Befürderer deren in den Kunstreichen Sachen vnd exercitijs seu artibus atq; artificijs,

(vnder welche die rümbliche vnd hochnützliche Kunst der Buchtruckerey vorderist zuzehlen vnd zu setzen ist) Wolerfahrnen vnd Geübten Personen etc. jederzeit bestendig seyn vnd bleiben / Dahero ich dann billich vmb so viel desto mehr Ew. Ehrnvest diesen meinen Typum vnd Tractätlein zu consigniren vnd zu addiciren / oder zu dediciren bewogen vnnd veranlast worden; Sonderlich auch / weiln solches Büchlein vnnd Tractatus zu verträglichen Nutzen vnd Gedeyen vieler vnderschiedlichen Personen vnnd

Be-

Beampten / vorderist wol gereichet vnd dirigirt ist / auch allen Officiaten vñ Befelchshabern / Amptleuten / Kellern / Zentgraffen / Rathsverwandten / Vrtheilsprechern / Statt- vnd Gerichtschreibern / Notarijs vnd Procuratoribus gantz wohl dienlich vnd nothwendig ist. Verhoffe demnach / E. Ehrnv. Ihro dieses Werck vñ Dedication großgünstig wolgefallẽ lassen / auch mich benebens / wie zuvor jederzeit in seiner großg. Protection vnd tutel erhalten vnd conseruiren werde / Gestalt dann ich zugleich hiemit

mit E. Ehrnvest/ vnd seine beliebte Angewandten in die Göttliche gefristliche Bewarung vnd starcken Schutz deß Allerhöchsten trewlich empfehlen vnnd recommendiren thue. Vrkundlich dieser demütigen vnd eyfferigen Nuncupation-schrifft/ so geben vnd geschehen zu Aschaffenburg in meiner Buchtruckerey Behausung/ den 20. Tag Monats Junij Anno 1630.

E. Ehrnvest

Vnderdienstwilliger

Quirinus Botzerus Buchtrucker daselbsten.

DE

DE COMMISSARII AD RECIPIENDVM ET EXAMINANDVM TESTES in Cameræ Imperialis iudicio, aliiſque Conſiſtorijs ac Dicaſterijs deputati officio, &c.

breuis enarratio.

PROLEGOMENA.

DE Commiſſarij (ad recipiendum & examinandum teſtes, in Camerâ alijsque iudicijs deputati) officio, tractatio inſtituenda cum ſit, longiore declaratione, (quibus medijs ad id perueniatur, & quo tempore inſtituendum illud ſit) haud opus erit: cùm nemini non notum ſit, poſt *Editam* & in iudicio introductam actionem, *reſciſsis* iam legitimè & ſublatis quibuſcunque dilatorijs *Exceptionibus*, *alijsq;* quæ cauſæ inchoandæ ob-

 ſtare

ſtare videbantur impedimétis &c. litem legitimo modo *conteſtandam*, & ad *Articulos* introductos clarè & dilucidè (prout juris ordo poſtulat) Reſpondendum fore. Quorum ſi aliqui, aut omnes etiã fuerint negati, tum demum Actorem ad *probationem* eorundem admitti: quod nec Reo quoque (ſi legitimas Contradictionis ſuæ cauſas, eiusq; *probationes* in promptu habere confidit) denegandum erit: cùm & is in propoſitis ab eo *Exceptionibus* actoris locum obtineat, ac pro Actore reputetur.

Eſt itaq; ante omnia ſciendum, quod propoſita ab Actore *actione*, ſi eandem Reus *diffiteatur*, tunc *pro Admißione ſuæ probationis* apud Iudicem ab Actore inſtàndum eſſe: nominando *Commiſſarios* aliquos quibus cauſæ examen committi poſſit: ſimulque Terminum ad probationem faciendam præfigi poſtulandum fore: Reus verò ſi viderit *aliquos ex Commiſſarijs propoſitis*, ob legitimas quaſdam

cauſas

causas sibi *suspectos* esse, tunc petit *illos non admitti*, *& alios in eorum locum ordinari*: Atque tum [si legitima excipiendi subsit causa, nec idonei iterum nominentur] ex officio alij à Iudice conceduntur: Si autem nulla sufficiens excipiendi causa interueniat, tunc Iudex Commissarios admittit, & Actori ad probationem suæ *Intentionis*, tempus quatuor forsitan mẽsium pro prima dilatione, cum potestate aduersariæ parti *Adiungendi Notarium non suspectum*, concedit. *Forma autem Commissionis* (prout ea vulgari tenore concipitur) eiusmodi ferè solet esse tenoris.

FORMA COMMISSIONIS.

NOs *Rodolphus Romanorũ Imperator &c.* Honestis nobisq; fidelib. Ioanni & Guilielmo Legum Doctorib. gratiam & salutem &c. Honesti nobisq; fideles &c. Cùm in causa Pyrrhi & Paridis in Came-

ræ Imperialis nostræ iudicio indecisa pẽdente, ab Actore producti positionales Articuli, quorum copiam sub sigillo nostro communitam vobis transmittimus, ad instantiam ipsius ad probandum fuerint admissi: simul'q; impetratum quod vos, aduersaria parte consensum suum in hoc præstante, è *coniunctim & diuisim* pro Commissarijs fueritis ordinati: Cõmissioq; in vos *cum potestate trãssumendi instrumenta*, aliaq; in scriptis producenda documenta: simulq; aduersariæ parti examini ipsi Notarium non suspectum adhibendi facultate concessa, fuerit decreta: tempusque quatuor mensium [exclusis tamen ferijs incidentibus] pro expeditione huius examinis iudiciali decreto fuerit ordinatum atque præfixum. Non itaque veritatem ipsam promouere partiumq; sumptus minuere cupientes: vigore prædictæ Cæsareæ Commissionis, præcipimus vobis potestatemque facimus, quod in prælibato primæ dilationis

tionis termino, personas eas, quæ ab Actore pro testibus vobis nominatæ fuerint, coram vobis ad personaliter comparendum, & ad testimonium veritatis, quantum illis de causa constiterit, perhibendum, citetis atque vocetis. Ad producentis partis petitionem ac requisitionem personas tales, sub quorũ manibus & custodia omnia & singula scripta documenta, quæ ad præsentis causæ decisionem facere videbuntur, continentur: ad producendum & exhibendum ea requiratis: eademque ad vos recipiatis: Nomina testium Domino Aduersario transmittatis: eundemque num testium receptioni, & eorundem iuramentorum præstationi, documentorumque productioni præsens esse, vel alium sui loco subrogare cupiat: interrogatoria quoq; dare vel alia huiusmodi contra hæc in medium proferre an velit, ad habendam horum omnium noticiã, maturè & primo quoquo tempore certiorem reddatis.

tis. Post hæc verò testes ipsos consueto iuramento obstringatis: ad causam ipsam facientia documenta atque scripturas transsumatis: & testes ad recognitionem sigillorum cogatis: Necessitas quoque ipsa si postulet, cum prædictis testibus in loca litigiosa, ad subijciendam rem ipsam oculis vos conferatis, eadem attentè videatis: Ac insuper testes super omnes & singulos vobis sub sigillo nostro transmissos articulos, & interrogatoria ipsa [si quæ ab aduersaria parte fuerint producta] in quantum constiterit ea esse admittenda, diligenter interrogetis: ac prout jus postulat, examinetis: Depositiones horum, aliáque huiusmodi omnia, quæ coram vobis & per vos expedita, transsumpta aut peracta fuerint, attenta & diligenti cura literis mandari curetis: omniáque prædicta sub sigillo vestro communita Cameræ nostræ judicio transmittatis: Præcipuè verò Notarios ipsos vel Scribas, qui

qui à partibus vobis adiuncti erunt, aut aut quorum vos in hoc vtimini opera, ne depositiones & attestationes factas per se vel alios alicui partium propalare, vel aliter communicare velint, legitimo iuramenti vinculo obstringatis: Eaq; omnia vos ipsi non minus quàm alij donec tandem hæc omnia publicata fuerint, sub fido silentio retineatis atq, custodiatis. Si quoque harum persona aliqua, aut plures etiam, citatione vestra præuia, ad perhibendum testimonium, vel producendum documenta aliasque scripturas comparere nolint, eosque contumaciter abesse contigerit: hos omnes quò iustitiæ & veritati satisfiat, ad perhibendum in hac causa quantum illis de ea constiterit testimonium & ad alia omnia quæ ius necessitasque ipsius causæ postulabunt peragendum, sub legitimis iuris pœnis compellatis. In quibus omnibus nostrę à vobis satisfactum erit voluntati &c.

NB.

DE COMMISSIONE AD *perpetuam rei memoriam.*

Coeterum ante omnia hîc obseruandum erit in hac Commissione de eiusmodi testium receptione & examinatione quæ regulariter lite iam contestata institui solet, sermonem fieri.

Cùm verò interdum etiam ante litis contestationem, vrgentibus causis interuenientibus talis testium receptio vsu frequentetur, quod in Commissione quæ *ad æternam rei memoriam* decerni solet, liquidò patet hinc eius declarationē, quò aliquali saltem eius cognitione iuniores imbuantur, summariè & breuius hisce subijcere libuit.

Est itaque sciendum, quòd Actori regulariter non permittatur testium examinatio ante litis contestationem, cùm in eius arbitrio sit litem siue actionem quandocunq; velit instituere: quod tamen eatenus verum est, nisi ob *ætatem* vel

aduer-

aduersam valetudinem testium, mortis timor subsit: vel diuturna Absentia timeatur: quo demum casu huiusmodi testium examinatio veluti licita admittenda erit *c.1.& 2. c.quoniam frequenter.* & ibi Abbas & Felinus *ext. Vt lite non contestat.* Doctor. *in Auth.si quis aliquid. C.de testib.*& cõsulendo sequitur Corn.*cons.*172. *nũ.*2.*vol.*2. & nouissimè D. Andreas Geil. *lib.*1.*obser.*92.*inpr.*vbi quoque *num.*3.Praxin huius materiæ docendo refert, quod in Supplicatione pro Commissione ad perpetuam rei memoriam ista requisita coniunctim vel sigillatim exprimenda, & Articuli super quibus testes examinandi vnà cum designatione testium & eorũ ætate exhibendi sint, ad hoc vt Iudex cognoscat ex narratis Supplicationis, vtrum Supplicans futurus sit Actor vel Reus: & an periculum ob ætatem vel diuturnam & inopinatam absentiam testium, sit in mora: item an articuli sint tales qui ad probandum admitti debeant: Et ita se-

 cun-

cundùm eundem Geilium Camera obſeruat. Neceſſe itaque eſt priuſquam ob has cauſas ad ꝓductionem teſtium perueniatur, vt Iudex habita ſummaria inquiſitione circa perſonas teſtium, interloquatur teſtes eſſe eius conditionis, vt ad examen eorum progrediendum ſit, gl. *in l. in* lege *Aquilia.* §. *ſi deletum. ff. ad L. Aquil.* quã veluti notabilem & ſingularem ſequitur Bart. ibi, addens tamẽ quòd hoc caſu non requiratur plena neq; ſemiplena probatio, ſed ſufficiat ſuſpicio, quod etiam ſenſit Marian. Socin. Sen. *in c. quoniam frequenter col. 6. verſ. 3.* declareretur: quẽ ſecutus eſt plura ad confirmationem adducens Bartolom. Socinus eius filius *conſ.* 244. incip. conſiderata facti contingentia *col. 3. verſ. præterea & ſecundò lib.* 2. Licet verò vltra prædicta text. *in d. c. quoniam frequenter*, inſuper requirere cenſeatur, quod Reus abſens ſit: idem tamen iuris eſſe, quando is præſens eſt, & Actor experiundi facultatẽ habet, Reus verò

per

per subterfugia quædam litis expeditionem differat, ac in eum finem exceptionem litis contestationem impedientem opponat, docemur ab Ang. *in §. fin. in Auth. de testib.* & Lanfr. *in d. c. quoniam frequenter c. 8. n. 31.* quia cùm talis exceptio inducat moram, perinde est ac si Actor non haberet potestatem agendi: Et hoc maximè ex sententia Geilij *in d. obser. 92. n. 12.* in Camera obtinet, vbi ob multitudinẽ causarũ, decisio super huiusmodi exceptionib. ad aliquot annos extrahi posset.

Ad obtinendã autem Commissionem ad perpetuam rei memoriam iudex causæ principalis, coram quo causa agitari debet, adeundus est ex notatis Bart. *in l. cum ij. §. transactiones. ff. de transactio.* & Roland. de Valle *cons. 23. n. 18. lib. 3.* pluresq; aliæ ad hoc authoritates citantur à D. Geil. *lib. 1 obseru. 93. in pr.* Ex cuius sententia dubitari hinc posset, si à personis immediatè Imperio subiectis, talis Cõmissio ad perpetuã rei memoriã petatur: an

coram Cõmissarijs vigore ordinãtionis, & sic coram iudicibus primæ instantiæ puta coram Außträg postulari debeat? Et censet ibidem de Stylo Cameræ in petenda huiusmodi Commissione priuilegium primæ instantiæ nõ habere locum, idque indistinctè obtinere tam in futuro Actore quàm Reo: sed tali casu immediatè superiorem omnium, hoc est Cameram, adeundum esse: eiusque rei hanc tradit rationem; quia cùm periculum in mora sit, solennitas quæ secundũ Ordinationem in requirendo & nominando Iudice requiritur *part.2.tit.2.3.4. & 5.* non posset absq; præiudicio alterius partis obseruari. Absoluto autem tali casu *Examine Commissarius à Camera deputatus Examen sub suo sigillo obsignatum ad Camerã transmittit*, vt tantisper ibidem ab Actuarijs conseruetur, donec lite coram Iudicibus priuilegiatis, hoc est, Außträg cœpta, ad petitionem partis producentis, iterum à Iudice Cameræ qui Commissionẽ

decre-

decreuit, repetatur, ad eum nimirùm effectum, vt *suo loco & tempore* in prima instātia exhibeatur & publicetur, sicuti hæc notat idem Geilius *d. obseruat.93. num.5.*

Nouisse tandem conuenit Commissionem ad perpetuam rei memoriam in optima & meliori forma, nimirùm ad transsumenda instrumēta in Camera non decerni: sed tantùm in *Communi forma*, hoc est ad recipiendum & examinandum testes, & rem controuersam oculis subijciendam: cuius ratio desumitur ex *d.c. quoniam frequenter*, quòd videlicet huiusmodi Commissiones decerni non debeant, nisi vel ob *ætatem*, vel *valetudinem* aduersam, aut diuturnā *absentiam* testium: Sed in recipiendis & transsumēdis *Instrumentis* nullum subest periculum interitus: diligenter enim custodiri debent, & postulante necessitate quandocunq; produci possunt, vti hæc latiùs traduntur à D. Andrea Geil. *lib.1. obser.94. in pr.* Quæ autem hactenus dicta sunt, *in Actoris persona locum*

obtinent: Ad Reum verò quod attinet, is probationem quouis tempore ante litis *Contestationem*, non habita ratione ætatis, valetudinis aut absentiæ testium in se suscipere potest: cùm in eius potestate positum non sit quãdo conueniatur: cuius *Incertitudinis rõe, ne probationes ei pereãt*, huiusmodi testiũ receptio indistinctè valet: & de hoc casu loquitur text. *in c. significauit, & c. Albericus de testib.* quod multorum autoritatibus idem D. Geil. *lib. 1. obser. 92. num. 8. cum seqq.* comprobat. Qui autem latius scire desiderat, quæ inter *c. quoniã frequenter, vt lit. non contest. & c. significauit de testib.* sint differentiæ, is vltra ordinarios ordinarijs in locis, perlegat, quæ hac de re nouissimè memoriæ prodidêre Minsing. *cent. 4. obser. 71. & 72.* & Andreas Geil. *lib. 1. obser. 92. num. 2. cum multis seqq.* & D. Hartman. Pistoris *quæstionũ iuris lib. 1 quæst. 39. num. 20. vsq; ad fin.* vbi quoq; per totam quęstionem multa pulchra materiam nostrã cõcernentia in mediũ affert.

FINIS.

—iam

—iam ſequitur

EXPLANATIO HORVM

—verborum—

Cum poteſtate tranſſumendi inſtrumenta.

—Notandum hoc in loco Cõmiſſiones in Camera Imperiali duplici via & modo decerni ſolere, nimirum in cõmuni, vel optima forma; Iuxta doctrinam Geilij verò *lib. 1. obſeruat. 96.* vtplurimùm in communi forma, puta ad recipiendos teſtes tantũ: raro in optima forma videl. Brieffliche Vrkundten auffzunehmen/ i. ad recipienda & tranſſumenda inſtrumẽta (ſicuti in præſenti forma continetur) decernuntur: quia iuxta eundem inſtrumẽta in Camera iudicialiter in vim ꝓbationis ꝓduci debent. Sub cõmuni a. forma ocularis inſpectio continetur, h. e. vt Commiſſarius (ſi negotij qualitas hoc requirat) rem oculis ſubijciat, & in rem p̃ſentem eat iuxta text. *in l. ſi irruptione*, §. *ad officium ff. finium regundor.* text. *in l.* 1. C.

de

de Canon. frument. vrb. Romæ. lib. 11. quod tamen nominatim in ſententia exprimi ſolet. In optima & pleniore forma Commiſſiones tunc demum ſunt decernendæ, quoties periculum ſubeſt in tranſmiſſione Inſtrumentorum: qualia ſunt quæ in Archiuis inter monumenta publica aſſeruantur, itē teſtamenta ampliſſimarum hæreditatum, quorum originalia ſine periculo tranſmitti nō poſſent. Idem etiam obtinet in priuatorum inſtrumentis tempore belli, quādo itinera ad locum iudicij tuta nō ſunt per *l. iudices*, vbi Bald. hoc notat *C. de fid. inſtrument.* Hæc ex D. Geilio à quo eleganter & perſpicuè (vti omnia) hæc in medium adducuntur, huiuſque materiæ Praxis luculenter explicatur, proferre libuit. Interim tamen obiter & veluti per tranſennam notandum, quod licet vti dictum eſt, ſub communi forma ocularis inſpectio comprehendatur: ſub optima verò forma receptiones & tranſſumptiones inſtrumentorum contineantur:

tur: in Camera tamen Imperiali, quoad prolationem verborum nunquam Commissiones in optima forma decerni, sed casu quo Instrumenta transsumẽda sunt, sentẽtiam sub cõmuni forma, cum clausula tamẽ ad recipienda & transumenda Instrumenta ferri: quod vti ex relatione aliorum percipere licuit, ea de causa fieri solet, ne si in optima forma Commissio ipsa decernatur, nimium ob verba hæc (vti vocant) prægnantia, Commissario laxentur habenæ: maioremq; quàm par sit is sibi vendicet authoritatem, & proinde in infinitum forsitan eandem extendat: Conseruatur itaq; hac ratione præeminentia ipsius Cameræ, ne omne ius à se abdicasse videatur: cùm alioquin etiam in concessionib. Iurisdictionum semper authoritas concedentis censeatur præseruata illæsa iuxta tradita à Bald. *in l. qui se patris, nu.*10*. ad fin. vers. item in concessis*.C. *vnde liberi*. Grãmatic. *in decis*.30.*nu*.3.*& nu*. 11. Bald. *in c.*1.*in pr. num.*2.*de his qui feud. dar. poss.*

poß. & idem Bald. *in conſ.* 326. *Rex Romanorum in fin. lib.* 1. vbi dixit, quòd ſi Papa vel Princeps committit Iuriſdictionem alicui, nihilominus retinet ſibi eandem & maiorem. — *Huc vſq; prolegomena.*

Licet autem quæ dehinc de Commiſſarij officio dicturus ſum, continuo orationis fluxu legi & percipi poſſint, nullamq; peculiarem diſtinctionem requirere videantur: *abs re tamen haud fore putaui, ſi omnia ea quæ Commiſſario expedienda incumbunt (euidentioris cognitionis gratiâ) in quatuor tempora (circa quæ ipſius Commiſſarij officium verſatur) diſtinguantur*: ita vt *primum* tempus comprehendat ea quæ ꝓductionẽ ipſorum teſtium antecedunt: *Secundum* tempus ipſorum teſtium productionem concernat, & quæ ibi latius peragenda ſunt: *Tertium* tempus examinationem ipſorum teſtium & recognitionem inſtrumẽtorum ſibi vendicabit. *Quartum* de iis erit, quæ teſtium examinationẽ inſequuntur, ſimulq; finẽ & cõcluſionẽ toti cauſæ & negotio imponet.

PARS PRIMA

Seu

PRIMVM Tempus- productionem testium antecedens.

DE NVNCII ELECTIONE.

EXpedita itaque in Cancellaria eiusmodi (cuius supra facta est mentio) Commissione: si nulla alia mora vel impedimẽtum aliquod subsit, tunc Commissarius causam ipsam aggreditur: *Assumendo virum quendam frugi*, honestæ probæque vitæ, quo nuncij vice vtatur: *qui eidem iurabit*, quòd omnia & singula, quæ ei iniuncta fuerint, fideliter exequi, & de peractis diligentem relationem facere velit. Forma autem *Iuramenti*, quod ab huiusmodi Nuncio præstatur, in hunc ferè concipi solet modum --

IVRAMENTVM NVNCII.

—— Stipulata manu mihi promittes, & per nomen DEI, perque sancta Dei Euan-

Euangelia iurabis, quòd omnia, quæ in causa Dn. Pyrrhi & Paridis tibi à me expedienda fuerint demandata, fideliter exequi, processusque à me acceptos ritè partibus ipsis, *si præsentes fuerint*, insinuare: sin verò absentes *ad domum ipsarum* tradere: & de ijs *quæ quolibet loco & tempore*, & qualiter peracta fuerint, quæque tibi obtigerint, aut quali responso exceptus fueris, veram relationem facere: omniaque alia ad effectum perducere velis, quę probo & fideli Nuncio necessariò expedienda erunt &c.

§. II.

DE CITATIONE TESTIBVS à *Nuncio exhibenda.*

TRaditis autem post hæc à Commissario ipsi Nuncio omnibus ad causam necessarijs, & his quæ vnicuilibet insinuanda erunt: tunc primo quoquo tēpore is ad vnumquēq; testium in locum vbi is domicilium habet, vel frequenter

versa-

versari solet, se conferat: ac vnicuiq; sui præsentiam exhibenti, *Citationem à Commissario sibi traditam*, simulque copiam Commissionis legendam exhibeat. Quę Citatio sequentia in se contineat necesse est: A quo nimirum Commissio fuerit decreta: Nomen citantis & citati: Causa ob quam testis vocetur; tempus & locus vbi comparendum & quid agendum illic sit. Forma autem Citationis vulgaribus concepta verbis huiusmodi ferè solet esse tenoris.

FORMA CITATIONIS TESTIVM.

EGo *Iohannes* de Montenigro, à *Cæsarea Maiestate* Domino nostro clementissimo in infra nominata causa deputatus & communi partium consensu declaratus Commissarius omnibus & singulis, *Demeæ, Mitioni & Menedemo* &c. salutem prosperaq; omnia exopto, & vigore patentium harum literarum notum eisdem facio:

facio: Quod *cùm in causa* inter dominum Pyrrhum Actorem ex vna, & Dn. Paridem Reum ex altera parte in Camera Imperiali indecisa adhuc pendente, eò vsq; processum fuerit, quod prædictus Dn. Actor ad productorum *positionalium articulorum* probationem fuerit admissus, eamq; concessionē effectui tradere in animo habeat cōstitutum, proq; eius causæ expeditione *in prædicto Cameræ* Imperialis iudicio Commissionem (*cuius copia apud* iuratum hunc tabellarium inspiciendæ potestas vobis suppetit: *eiusq; originale* infrascripto die vobis exhibere paratum me profiteor) in meam & Dn. Doctoris Gulielmi personam cōiunctim & diuisim, Domino *Aduersario consensum suum quoq; in hoc præstante*, impetrarit atq; obtinuerit: mihiq; eandem vt in me susciperem, omniaq; in ea contenta ad effectum perducerem, transmiserit atq; assignarit: Quæ quidem Commissio humili erga Cæsaream Maiestatem animi subie-

ctione,

ctione,& ea qua decet reuerētia *à me suscepta fuit*: Cùm itaq; in prædicta Cōmissione mandatum & iniunctum mihi sit, ꝙ eas *personas*, quæ à Dño Actore nominatę mihi fuerint, ad perhibendum *Veritatis* testimonium, quātum ijsdē de causa cōstiterit, citem atq; vocem: Quapropter vigore prædictæ Cæsareæ Cōmissionis, hac patenti & sigillata citatione cito & requiro ego vos, volo iubeoq; vt oēs & singuli *die* 18.*Feb*. proximè venturo *hora septima matutina in hospitio Aquilæ nigræ* vrbis Helenopolitanæ *peremptoriè* & absque vlla mora *in propria persona compareatis* -*sub fidei & iuramenti obseruantia* à vobis tunc præstanda, testimonium veritatis super prædictos articulos positionales, quantum vobis de illis constiterit & interrogati fueritis perhibendo, sicuti hoc iuris ē: aliaq; effectui mādetis, quæ vigore p̄dictæ cōmissionis expedienda vobis erunt: idq; *sine vlliꝰ impedimēti colore*, mora aut aliqua alia tergiuersatione. *Si n. vltra*

hæc con-

contumaciter abſentes atq; inobedientes reperti fueritis: ſcitote quòd contra vos omnes & ſingulos ob cõtumaciam hanc legitimis debitisque ſit procedendum pœnis.

Continvatio.

POſt prædictæ Commiſſionis & citationis exhibitionem rurſus ad ſe eaſdem recipiat ipſe Nuncius, & vice harum vnicuiq; teſti *memoriæ gratia talem ſchedam* in qua etiam nomen citantis & citati, locus & tempus quo ad perhibendum teſtimonium comparendum ſit, contineatur, tradat: monendo ipſum ſub pœna arbitraria ab ipſo Commiſſario imponẽda, nec contumax eſſe, ſed obedienter comparere velit. Scheda autem memorialis ita ferè concipi ſolet.

FORMA SCHEDÆ MEMORIALIS.

MEmento vt die 18. menſis Februar. hora ſeptima matutina in hoſpitio Aqui-

Aquilæ nigræ vrbis Helenopolitanæ coram me infraſcripto Imperiali Commiſſario compareas ad præſtandum in cauſa &c. inter Dn. Pyrrhum Actorem ex vna, & Paridem Reum ex altera parte, in Imperiali iudicio vertente, in qua pro teſte es nominatus, ſolenne & conſuetum teſtium iuramentum: & præterea ad deponendum & reſpondendum ſuper Articulos & Interrogatoria ſi quæ producentur, quantum tibi de veritate illorum conſtiterit, prout id iuris & moris eſt: Cui monitioni obedienter morem geras, ne legitimis, ſiue vigore Cæſareæ Commiſſionis proditis pœnis contra te procedi neceſſe ſit.

§. III.

Clerici quâ ratione ad perhibendum teſtimonium cogi poßint.

Interdum quoque accidit, quòd Clerici aut Eccleſiaſticæ perſonæ in teſtes nominentur: hoc in caſu cùm ipſe *Com-*

missarius nulla potestate tales personas euocandi sit præditus: eapropter literas mutui compassus vt vocant, ad officialem sub cuius iurisdictione talis Clericus degit, Commissarius ipse diriget. Literæ autem hæ eiusmodi ferè poterunt esse tenoris.

Forma Literarum mutui-compassus officiali transmittendarum.

Cùm Venerabilis vir Pandulphus Clericus Ecclesiæ D. Bartholomæi &c. in causa inter Dn. Pyrrhum Actorem & Paridem Reum in Camera vertente, in qua ego pro Commissario sum deputatus, inter alias personas in testem à Dn. Actore fuerit nominatus, isque V.D. iurisdictioni sit subiectus: mihi verò similes personas Ecclesiasticas cogendi potestas adempta sit: Vt itaq; nihilominus Imperiali Commissioni satisfiat, ius & iustitia ipsa prouehatur: Ideò vigore eiusdem Cæsareæ commissionis enixè à vobis

bis peto, vt promouendæ veritatis gratia, in subsidium iuxta consuetum stylum & ordinem D. V juris indultum concedere & præstare velitis: quò is coram me comparere, & testimonium veritatis perhibere possit.

§. IV.

De Denunciatione parti aduersariæ facienda.

Post *Insinuatam* vnicuique testium *Citationem*, ad Dominum Aduersarium is Nuncius se conferat, *exhibendo ei* nomine Commissarij vice citationis, *vnà cum testium designatione*, talem (vti vocant) *Denũciationem*: in qua similiter vulgari modo narretur, quòd cùm in causa inter Dñm Pyrrhum Actorem, & Dñm Paridem Reum vertente, Actor ipse ad probationẽ suorum articulorum positionalium fuerit admissus: atq; proinde commissio in ipsum Commissarium pro examinandis ipsius Actoris testibus fuerit de-

creta: quæ loco & tempore (quorum vti suprà mentio facienda) sit expedienda: Ideò citari ipsum Dn. Aduersarium, vt hora & loco prælibato *per se vel alium* legitimum Mandatum ad hoc habentem compareat, *ad videndum produci Testes*, & eorundem iuramēta præstari: *ad dandum quoq; (si voluerit) Interrogatoria*: & *ad videndum recipi Instrumenta*: *facultate simul concessa Adiungendi* (*sumptibus ipsius Aduersarij*) examini Notarium non suspectum; item *ad relaxandū* testes iuramenti, feudorum, seruitiorum vel fidelitatis ratione competentis: quò ijdem sine cuiusq; iniuria testimonium perhibere possint. *Si qua etiam contra hæc* Dñs Aduersarius in medium producere velit, id debito modo peragere queat: *aßignando ei in hoc* peremptorium *eiusmodi terminum*. Si verò ipse aduersarius neq; per se aut alium legitimè ad hoc constitutum compariturus sit, tunc nihilominus fieri debere quod juris est.

Expla-

NB.

Explanatio istorum verborum.

Vnà cum testium Designatione.

—& —*Ad dandum si voluerit* Interrogatoria.

—item--*facultate concessa adiungendi* Notarium.

Testium nomina aduersáriæ parti esse transmittenda, Commissio ipsa liquidò demonstrat: ac jure id receptum esse inficias ibit nemo: præterque cæteros in hac opinione consistit B. ld. *in c. per tuas ext. de testib.* qui ad hoc allegat, gl. *in l.* 1. §. *editiones. ff. de edend.* approbatque idem Felin. *in d. c. per tuas col.* 3. *num.* 3. *vers. in quantum dicit Innocentius* &c Cuius ratio est quod *Interrogatoria concipi soleant secundum causa* ac *personarum inductarum circumstantias*: quas *circumstantias* personarum, aduersa pars considerare, & iuxta easdem *Interrogatoria* dirigere nō potest, nisi prius ei edantur ipsarum personarū nomina: quam rationem refert gl. *in cap.* 2. *in verb: interrogatoria de testib. lib.* 6.

Controuersia alioquin inter Doctores existit, an pars aduersa necessariò ad dandum *Interrogatoria* vocanda sit: Quòd enim etiā nullo dato *Termino* à Iudice ad producendum *Interro-*

terrogatoria nihilominus teſtes poſſint recipi, eorumque dicta valeant, tenet Baldus, cuius ſententiæ plurimi alij accedunt *in c. per tuas de teſtib.* Huic tamen opinioni repugnant Archidiaconus *in c. præſentiū. §. præterea de teſtib. lib. 6.* & *Practicus Papienſis* in forma iurament. teſt. verb. citati & requiſiti, qui cenſent examinationem ſi talia prætermittantur, nullam eſſe: Cùm verò hæc pugna ex verbis ipſius *Commiſſionis*, quæ huius rei *Expreſſionem* requirit, dirimatur, ipſiusque tenori veluti ſubſtantiali firmiter ſit inhærendum iuxta Bald. & Angel. *in l. prolatam, C. de ſentent. & interlocut. om. iudic.* allegantes ad hoc gl. *in c. de cauſis ext. de offic. delegat. cap. cum dilecta ext. de reſcript.* amplius de eo verba facere haud operęprecium fore arbitror: præſertim cùm extra omnē dubitationis aleam *opinio hæc æquitati apprimè conſentanea ſit: & de generali quoque Conſuetudine talem* dilationem *ad dandum* Interrogatoria *tribui ſolere itidem* affirmet gl. *in cap. 2.* verb. *Interrogatoria de teſtib. lib. 6.* Memori quoque menti tenendum erit non abſq; probabili & vrgenti cauſa, addi hoc loco verba hæc *Si Voluerit*: eſt enim etiā Geilio teſte *lib. 1. obſer. 95. in fin.* hæc *Interrogatorium* exhibitio non neceſſitatis ſed *voluntatis*: citatur enim is contra quem teſtes producuntur, ad *videndum iurare teſtes, & ad dandum interrogatoria*

gatoria sua: Potest ergò si vult juramento testium interesse, & exhibere interrogatoria: si nihil horum facit, Commissarius nihilominus testes recipere, & eos parte citata *absente examinare*, & *ex officio Interrogationes proponere potest*, iuxta Paul. de Cast: *in l. vnic. §. is videtur. nu. 4. in fin.* vna cum Alexand. *ff. Si quis ius dicent. non obtemp.* Hæc eleganter ibidem Geilius.

Cœterùm vt totum testium examen sine vlla suspicionis nota procedat, omnisque porrò calumniandi ansa penitùs amoueatur, salubriter hoc *vlterius* iuris beneficium Aduersario tributum atque concessum est, *Vt is si velit, Notarium non suspectum examini adiungere possit, qui vnà cumCommissario dicta testium audiat, obseruet, in scripturam redigat, omnibusq; quæ à Commissario aguntur, præsens sit: affectionemq; ipsius, si qua fortè interueniat* (à qua tamen longiùs si boni viri officio fungi velit, eũ abesse decet) *benignis verbis moderetur, & in viam reducat.* Cùm autem jure indubitatum sit, quòd Commissarius ad examinandum testes deputatus, sumptibus partis *producentis sit alendus*, atque sustinendus iuxta doctrinam Iason. *in l. ad egregias. nu. 3. cum seq. ff. de jureiur.* pro qua facit textus *in c. si testes. §. venturis. & c. statutum. §. pen. de rescript. in 6. licet controuertatur & quidem immerito ab* Alexand. *in d. l. ad egregias*: Ita vice

 versa

versa æquitas quoque dictabit, Notario tali, à parte aduersa examini adhibito [cùm ex ipsius præsentia nulla ad partem producentem resultet vtilitas, solaque pars aduersa ipsius operâ in hoc vtatur] *sumptus quoque ab ea tribui:* cui opinioni veluti diuturno *vsu receptæ* firmiter quoque inhærendum erit.

§. V.

De Certificatione parti producenti insinuanda.

Vltimò tandem loco Nuncius talis ad Dominum *Producentem viam* suam dirigat, ac momine Commissarij talem ei vt vocant *Certificationem tradat:* in qua similiter narretur, quòd cùm in causa inter ipsum Dn. Actorem, & Dn. Reum in Camera Imperiali indecisa pendente eò processum fuerit; quòd idem Dn. Actor ad *probationem suorum positionalium articulorum fuerit admissus*, & Commissio in ipsum Commissarium, transmissis simul eidem *positionalibus articulis*, nominibusq; ipsorum testium fuerit decreta, eiq; expedienda tradita, quam & ea, qua decet, reue-

reuerentia susceperit, eaq; de causa prædictos testes ad 18. diem Februarij in hospitio Aquilæ nigræ vrbis Helenopolitanæ ad comparendum, & quantum *de Veritate illis constiterit*, deponendum, euocarit atque citarit: Ac insuper Domino Aduersario locum & tempus, num per se vel alium legitimè ad hoc cõstitutum comparêre, *Interrogatoria* dare, *Notarium quoque non suspectum* examini adiungere velit, denunciarit: vt itaque similiter Dn. Actor ad prædictum tempus & locum productione testium paratus esse possit: ea de causa de his omnibus eum nunc certiorem reddere voluisse. Cùm plerique etiam testium Dn. Actori ratione subiectionis, juramento sint astricti, ideò requiri prædictum Dn. Actorem, vt ad eum solum actum, quo absq; omni metu testes hi, ac in nullius gratiam vel odium testimonium perhibere queant, hoc juramenti vinculo eosdem relaxare velit.

§. VI.

Relatio quomodo à Nuncio fieri debeat.

Prædicta omnia deputatus Nuncius *per se legitimè*, debitaq; adhibita diligentia ad effectum perducat: & *quæ quouis tempore* peracta sint, & quale in quolibet loco responsum acceperit, diligenter ꝓprijs manibus annotet, fideliterque ipsi Commissario referat, *quo ipse quid porrò ei agendum* sit, certus esse possit.

[*De Contumacia testium.*]

Et quidē *si ex relatione ipsius Nuncij* compererit, quòd aliqui testiū legitimè citati atque moniti refractarij sint, animique ipsorum sententiam declararint, quòd *ad perhibendum testimonium comparere nolint*: aut posteà quoque accidat, quòd contumaciter emaneant: tunc iterum sub pœna pecuniaria ab eo citādi erunt, in quam durante contumacia per Commissarium declarabuntur.

Con-

CONTINVATIO.

Et hæc quidem de *primo* tempore quod productionem testium antecedit, dicta sufficiant. Sequitur nunc *secundum*, nimirum ipsius productionis tempus, in quo breuiter quoque cognitu necessaria à nobis explicabuntur.

PARS SECVNDA

Seu

SECVNDVM Tempus productionem téstium respiciens.

§. I.

Quæ in die productionis testium sint agenda.

ADVENIENTE autem *tempore* & *Termino* quo ipsa testium *productio* facienda erit, tunc Commissarius maturè ad locum examini destinatum sese conferat, operamque det, ne in vlla deprehendatur mora: quæ cùm in alijs ad actũ hunc citatis reprehendenda & culpanda sit, ipsi certè præ omnib. hisce vitio vertenda erit.

In ipſa verò *die ſeu termino productionis*, in partium vel eorundem procuratorũ, teſtium quoq; præſentia, Commiſſarius publicat diem productioni deſtinatum: mentionem inprimis Cæſareæ Maieſtatis Commiſſionis faciendo, quæ publicè prælegitur, affixumq; ſigillum quò vnicuique *de Commiſsione ipſa verè conſtare*, tenorque ipſius notus eſſe poſſit, *Recognoſcendum* ipſis traditur: intimando ſimul ijſdem, poteſtatemq; faciendo, vt vnuſquiſq; ea quæ neceſſaria productu videbuntur, legitimè producere, ac in medium proferre poſſit.

§. II.

CONTINVATIO *ad vlteriora.*

Hiſce à Commiſſario peroratis, Producẽtis *Procurator vigore ſui mandati*, quod publicè legendum tradit, ſeſe offert: atque primo loco Commiſſario in memoriam redigit, quòd cùm eidem à Principali ipſius parte *Deſignatio teſtium*, qui citandi

tandi & ſuper *articulos poſitionales* examinandi ſint, fuerint tranſmiſſa: Ideò notum fore eidem Commiſſario, quæ porro eius ſint in procedendo partes: Proindeq́; petit, vt *teſtium Nomina*; quo pateat qui præſentes ſint, publicè legantur.

Ad hæc partis reæ Procurator vigore quoque ſui mandati comparet, petendo ei producentis Procuratoris mandatum communicari *ad recognoſcendum appoſitum ſigillum*. Poſt factam Recognitionem ꝓteſtatur, *quod in aliquam proceſſus nullitatem*, aut ſi ſecùs quàm deceat, quicquã aliud actum fuerit, conſentire nolit: ſed Principali ſuæ parti omnem defenſionem, *ac quaſcunque tam* contra perſonas *quàm* dicta teſtium *exceptiones*, ſibi reſeruare contendat. Si quoque plures teſtes, quàm quorum nomina iam lecta fuerint, aut deſignatio tranſmiſſa in ſe cõtineat, examinari, aut quoſdam etiam eorum iuramenti vinculo *non* aſtringi contigerit, de his omnib. proteſtando ſibi cautum

esse velit. Et tandem si vltrà hæc fortè à Commissario quædam fuerint peracta, (aut postea quoq; instituantur) *quæ in omnibus emanatæ Commißioni* non sint cõsentanea, aut in ea non contineantur: quod eadem quoq; comprobare minimè cogitet, sed omne juris beneficium in posterum contra ea proponendum pariter sibi reseruare velit. Hac præmissa protestatione dehinc *Interrogatoria producuntur*, cum protestatione *quod Commissarius* se ijs conformem exhibere, neq; ante tempus debitum, quicquam de ijs, *nec Copias quoq;* eorundem alicui communicare velit. NB.

Explanatio istorum verborum

Quascunq; exceptiones contra personas--
--item--*Interrogatoria producuntur*—

Notasse conuenit, quòd publicatis attestationibus *nullæ Exceptiones contra* personas testium locum obtineant, nisi ipsorum examinationem præcesserit *protestatio*: vel etiã quandocunque in aliquo actu *ante publicationem* ea

facta

facta fuerit, per quam quis sibi *reseruet* jus opponendi contra *personas* & *dicta* testium; iuxta *c. præsentium*, & ibi Francisc. de Aretio *de testib.* vbi aliæ quoq; continentur limitationes, quas explicat Maranth. *de ordin. iudic. in 6. part. actu 13 n. 2.* Et hinc inoleuit Pract. quæ hodie communiter obseruatur teste Sichardo *in Auth. si talis. C. de testib.* quòd protinus postquam testes nominantur, aduersarius dicat se admittere testes in quantum de jure tenetur, salua facultate opponendi in personas testium, vulg. **Doch in alle weg Zu- vnnd Einrede in der Zeugen Person vnd Sage vorbehalten**/ quod nisi fiat, non poterit amplius obijcere contra personas testium, nisi doceret se non sciuisse exceptionem, quæ postea ad eius notitiam peruenerit, iuxta *dict. c. præsentium de testib.* cuius Practicæ, sub admonitione tamen quadam mentionem quoque facit Anton. Grauat. ad Vest. *lib. 6. cap. 2. n. 62.* testem ad hoc adducens Bald. *in l. si quis testibus. C. de testib.*

Cœterum Interrogatoria ideò fieri & produci solent, vt testes vacillent, aut in aliquo ex decem Prædicamentis varient, quæ acutè ponit Bald. *in l. testium. C. de testib.* Specul. *tit. de testib. §. iam de interrogatorijs. col. 1.* notat Geil. *lib. 1 obser. 115. nu. 3.* Ac proinde ad deprehensionem

falsi-

falsitatis, & instructionem iudicis siue recipientis testes præcipuè, talia inuenta sunt, ita notat Iohan. Andr. *in cap. per tuas ext. de testibus.* NB Interrogatorium autem exemplum parti testes producenti nequaquam dandum esse certum est, cùm materia subornandi, & ad falsitates instruendi testes hoc modo detur, vt voluit gloss. notab. *in c. 2. vers. interrogatoria de testib. lib. 6.* & declarat Specul. *in tit. de teste. § iam de interrogatorijs circa princip.* Abb. & Felin. *in c. per tuas, num. 10 de testib.* sicuti hanc veram & communem conclusionem appellat D. Andr. Geil. *lib. 1. obser. 95. num. 6.* Et si Iudex vellet dare copiam interrogatoriorum parti aduersæ testes producenti: tunc licitè altera pars posset appellare secund. Abbat. *in d. c. prudentiam.*

CONTINVATIO *vlterior.*

Producens pars protestationẽ ab aduersaria parte factam susq; deq; habendo, *proprijs* (vt aiunt) *viribus* eandem consistere permittit: (i. läst solches auff sich beruhen) neq; plurium testium si opus fuerit, & causæ necessitas postulet, productioni renunciare cogitat. Si quoq; contra aduersariæ partis interrogatoria

veluti

veluti superflua & non admittenda excipere intendit: tunc proponit eandem exceptionem, *petendo ea veluti inutilia* ab ipso Commissario reijci. Nominati testes ad examinandum producuntur: *ij qui parti producenti ratione jurisdictionis* juramento sunt astricti, eius vinculo ad actum hunc relaxantur: petiturq; simul testes omnes consueto juramenti vinculo astringi, ac *vigore directorij* examinari. Posthæc ad maiorē rei fidem faciendam vltra eam quæ viuis fit testibus probationem, à producentis procuratore Instrumenta, aliaq; in scriptis consistentia documenta in Originali producuntur: petendo à Cōmissario, vt eadem partibus proponere, atq; ad recognitionem sigillorum cogere, omniaq; hæc posteà examini inserere velit. Aduersa pars simili quoq; modo testes, si qui subiectionis ratione eidem sint obnoxij, juramenti vinculo liberat, & productionis ratione fieri sinit, quod juris est, repetendo ad

hoc-

hoc priorem à se factam protestationẽ. Vigore Commissionis Adiunctus examini præsentatur, petendo illum admitti, & examini adhiberi, sicuti hoc iuris & consuetudinis est.

NB.

EXPLANATIO horum verborum:

Petendo ea veluti inutilia—
—item—*Vigore directorij.*

Iudicis munus est examinare & rimari *Interrogatoria*, debetque superflua & impertinentia resecare, arg. *c. cum contingat. de offic. deleg. & in l. ad probationem. C. de probatio.* Vnde quoque D. Geil. *lib.* 1. *obser.* 115. *n.* 3. monet, Commissarium circumspectum esse debere, quòd inutilia interrogatoria tam generalia quàm specialia ex officio reijciat, iuxta notata à Specul. *in tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. nu.* 3. vbi plenissimè de hoc. Inutilia autem sunt, si extra causam facta sint: Regulariter autem ex ipsis *Articulis* formanda sunt interrogatoria, siue rogationes: quia extra articulum interrogati testes nullam fidem facerent, eò quòd non iurati deponerent text. *in c. de testib. ext. de testib.* glos. ibid. in verb.

non

non iurati. & Panormit.*nu*.1.Iaſ.*in l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.nu.*26.*cum ſeq.ff. de iureiur.* vbi omninò vide quando teſtis dicatur extra articulum deponere: notat hæc idem Geilius *dict.obſer.*115.*num*.4.

Cæterum quòd pars producens debeat exhibere Directorium ſiue deſignationem articulorum, ſuper quibus ſingulos teſtes examinari cupiat, innuit gl.notabil.*in c.*2.*in verb.nomina de teſtib.in* 6. NB

§. III.

Producens, aduerſariæ partis *juramenti relaxationem* de iure ſuſcipit, petitq; vt Commiſſionis tenor exactè obſeruetur, & quod vigore Directorij teſtium examen diligenter inſtituatur, ac quicquid peractum fuerit, ordine examini inſeratur. *Adiunctum, ſi cauſa* ipſum minimè contingit, admittit.

Producti *teſtes juramenti vinculo alligantur*, quod ferè eiuſmodi ſolet eſſe tenoris.

Iuramentum teſtium.

Vos teſtes, *per nomen* DEI, *perq; ſancta* DEI *Euangelia* iurabitis, quod in cauſa

Dñi

Dñi Pyrrhi & Paridis in Camera Imperiali indecisa pendente, *pro vtraque parte* in nullius gratiam vel odium, quantum vobis de illa constiterit & interrogati fueritis, testimonium veritatis perhibere: nec hoc ob vllum donum aut munus, amicitiam, inimicitiam, odium vel fauorem, aut alia quæpiam intermittere velitis.

Similiter quoq; *Principalis Notarius & ipse Adiunctus*, si nulla à partibus iuraméti relaxatio eisdem fiat, eiusmodi adstringi solent iuramento.

Iuramentum Principalis Notarij & Adiuncti.

Vos ambo iurabitis, quòd vniuersæ testium examinationi fideli diligentiq; cura ac studio adesse, depositiones à testibus factas attentè audire, easq; literis mandare, testesq; ipsos in depositione nullo modo impedire, vel alio modo commouere, siue à proposito causæ

scopo

ſcopo abducere: neq; per vos aut alios quicquam eorum, quæ in hac cauſa acti-tata fuerint, vel atteſtationum ipſarum copiam alicui præſtare, aut merita cauſæ cõmunicare velitis: Omni dolo & fraude excluſa. Ita vos &c.

In incidenti dubio Cameram à Commiſſario conſulendam.

Porro ſi aliqua contentio inter partes ipſas oriatur, ea per Cõmiſſarium ipſum dirimitur: interdum quoq; *Commiſſarius Cameram ipſam Imperialem* veluti ſuperiorem & Cõmittentem pro expeditione cauſæ conſulit.

§. IV.

De oculari inſpectione.

Poſthæc cùm omnia iſta legitimè fuerint peracta, neq; vllum porro reſtet extricandum dubium: tunc cauſæ ipſius neceſſitate poſtulante Cõmiſſarij officium erit cum ambæ partes præſentes

adhuc ſint, ad loca litigioſa *rem inibi ocu-lis ſubijciendo*, ſe conferat. Ibi diligenter loca omnia animo conſideret, oculisq; colluſtret: Per pictorem à partibus fortè adhibitum, exacta diligentia ſingula quæq; delineari, operam det. Tacitus interim ipſe, quæ ab ambarum partium procuratoribus in medium prolata fuerint, obſeruet, atq; ſcriptis mandati curet. Ad amouendam quoq; omnem à ſe affectionis ſuſpicionem, nulli partium plus æquo ſeſe applicet atq; accommodet: *neque quoque iudicium ſuum circa loca litigioſa proferat*, in quo quandoq; grauiter erratum à quibuſdam eſt. Si tamen fortè contentio quædam inter partes oriatur, quod inibi euenire admodum procliue eſt, tunc demùm ne res fortè in tumultũ exeat, maiorisq; origo ſit ſcandali, Commiſſarius partes ipſas benignis verbis appellando & flectendo, operam omnem nauet, quo partes à nimio iracundiæ æſtu ad animi tranquillitatem & con-

concordiam reducantur, amiceq; moneat, ne in loco illo, ad decisionem causæ minimè deputato, sibiipsis ius dicere, sed potius totam rem legitimo Iuris tramiti expediendam relinquere velint.

PARS TERTIA

Seu

TERTIVM Tempus-Examen testium continens.

§. I.

Quis ordo testium examinationem obseruandum.

HIs tandem omnibus fœliciter quoque peractis, tunc demùm Commissarius ad laborem hunc examinandi & interrogandi testes, cum tædio quidē aliquo (præsertim si diutiùs duret) coniunctum; non absque lucro tamen consistentem sese accingat. In primo autem

tem causæ introitu, rationem personarum velim habere Cōmissarium, vtinimirum eos testes, qui fortè corporis aliqua imbecillitate affecti sunt, aut qui domi operis obeundis occupati esse consueuêre, aut denique ex remotis partibus peregrè aduenientes, quibus diutiùs domi abesse admodum graue esse solet, primo loco examinandos curet. Rusticos vero vel alios tenuioris fortunæ homines in propinquo habitantes, quos *ad lubitum euocare semper potest*, domum vel rus ableget, assignando congruum ijsdem tempus, quo se rursus examini sistant: Hac enim ratione non modo *sumptus minuentur parti producenti*, verùm etiam ipsis Rusticis & alijs, quo commodiùs sine vlla iactura aut damno rebus suis superesse possint, consulitur.

* *
*

De

§ II.

De Commonitione testibus facienda.

A Primordio autem ipsius Examinis, *Commissarius seorsim vnumquemque testium* ad se vocet, redigēdoq; ei in memoriam juramentum ab eo præstitum, commoneat eundem vt puram & meram veritatem proferre velit, ne secùs faciendo *tribus personis*, nimirum DEO, cuius præsentiam, cùm vbiq; sit, contemnit: Item Iudici quem mentiendo fallit: Tum denique parti innocenti, quam falso testimonio lædit, obnoxius fiat. Hinc causæ statum simpliciter ei narrando, omni studio eidem iniungat, vt tam super interrogatoria generalia & specialia, quàm super articulos ipsos, ad interrogationē ipsi factam, clarum & perspicuum proferre velit testimonium: Quòd si pars aduersa nulla exhibuerit interrogatoria, tunc nihilominus *Commissarius ex officio* eidem interrogatoria proponere potest.

Generalia & specialia Interrogatoria vnde concipiantur atq; sumantur.

Concipi autem ferè solent generalia interrogatoria de sequentibus hisce: *Primo loco* interrogatur testis de *nomine ipsius proprio, ætate atq; diuitijs*: *cuius* item *conditionis & artificij* sit: & *quo in loco domicilium* constitutum vel sedem rerum suarum fixam habeat. *Secundò an Banni Imperialis* vel *Ecclesiastica excommunicationis* vinculo sit obstrictus. *Tertiò* an partis producentis *subditus* sit *siue familiaris*: siue *cognationis*, *affinitatis* aut amicitiæ fœdere eidem coniunctus. *Quarto loco* an ad testimonium perhibendum *fuerit rogatus*: aut ab alijs quid & qualiter deponere debeat, instructus: & quo authore illud factum sit. *Quintò* an pro instructione præsentis causæ *consilium aliquod* parti producenti suppeditarit, vel *aliam eidem in hoc nauarit* operam. *Sextò* an testimonij ferendi gratia aliquid eidem *promissum sit, vel dono datum*. *Septimò* an ex deposi-

tione

tione sua *spes aliqua lucri vel fauoris* testi accedat: aut econtrà damnum siue odium aliquod ei ex hoc metuendum sit. *Octauò* an contra Dñm Aduersarium malè animo affectus sit: aut aliàs ei *inimicus existat.* *Nonò & vltimò* quam partem *fauore magis prosequatur*: & cui victoriam ipsius causæ exoptet.

Specialia interrogatoria *ex ipsius causa meritis* sumuntur, & ex articulis propositis secundùm circumstantias causæ formantur: hisce verò non datis Iudex siue *Commissarius ex officio* prudenter de singulis circumstantijs testem interrogare, & cuncta plenè conscribi curare debet.

NB.

EXPLANATIO istorum verborum.

Interrogatoria ex ipsius causa meritis.

Regulariter vt inquit Geilius *lib.* 1. *obser.* 95. *num.* 4. ex ipsis articulis formanda sunt talia interrogatoria, siue *Rogationes*: quia extra articulum interrogati testes nullam fidem facerent, eò quòd non iurati deponerent, text. *in c. de testibus.*

stibus. gl. ibidem in verb. *non iurati*, & ibi Abbas *de testib*. & Ias. *in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. nu. 26. cum seq. ff. de jureiur*. Et profectò secundum eundem Geilium inibi *num*. 5. plurimum *momenti* & *artificij* positum est in ipsis *Interrogatorijs*, nonnunquam enim plus *Incommodant*, quàm *commodant* ipsi exhibenti: quia ex depositionibus testium ad interrogatoria quandoq; fundatur & probatur intentio producentis: Proinde diligens & eruditus *Aduocatus* in conficiendis interrogatorijs *accuratè* omnes causæ principalis circumstantias expendere debet, ne interrogatoria conficiat super eo, quod probatum magis parti suæ nocere, quàm prodesse possit. Hæc Geilius. Conferunt ad hæc quæ prudenter admodum monet D. Zasius *lib*. 2. *singul. respons. cap*. 6. *circa fin*. vbi inquit non esse interturbanda *Interrogatoria*, vt quæ huic rei competunt, aliter applicentur iuxta text. *in c. sicut de re iudic*. Neque testem impertinentibus interrogatorijs, quæ vel ad causam siue pro veritate negocij nihil conferunt, onerandum esse, veluti an dies lucida vel turbida fuerit: domus contractus lapidea an lignea: nisi hoc ad deprehendendam collusionem quæ inter testes viget, fiat.

--Cæterum non datis interrogatorijs Iudex siue Cõmissarius (vt inquit idem Geilius *d. obser*. 95.

ser. 95. nu. 8.) *ex officio* prudenter de singulis *circumstantijs*, de causis scientiæ, de loco, tempore, visu, auditu, scientia, crudelitate, fama, & certitudine inquirere, & cuncta plenè conscribi curare debet, per text. notabilem. *in c. cum causam de testib.* gl singular. ibid. in verb. *de causis*, & verb. *de tempore*, vbi--

——Hi versus notantur——

Auditus, visus, persona scientia, causa,
Fama, locus, tempus, cum certo crudelitasq;
Dum testes recipit, iudex hæc cuncta notabit.

§. III.

CONTINVATIO.

Cùm porrò ex doctrina Durandi in Speculo *tit. de test. §. nunc tractandum* Cōmissarium huiusmodi deceat esse prudentem, expertum, diligentem & attentum, is proinde omnia ea diligenter attendendo, animum ad ipsam causam adferat candidum, & ad quælibet quæ ad materiam subiectam facere videbuntur, attentum, judicioq; in omnibus hisce vtatur prompto atq; perspicaci. Et initio ad Articulos descendendo legat pri-

mum Articulum, ac de eo testem interroget, num eundem sciat verum esse, quem si veritate niti affirmauerit, tunc *causam & rationem scientiæ*, qua de Articuli veritate ei cõstet, ab eodem quærat. Proponendo postea interrogatoria ad illum articulum data, *super ijsdem* similiter depositionem testis recipiat. Factis autem hoc modo secundum ea quæ proposita erunt à teste Responsionib. tunc ad secundum, tertium, & omnes sequẽtes Articulos, eodem quo dictum fuit modo transitum faciat, & clarè ac distinctè, prout quæq; concepta fuerint, ea testibus proponat.

De Articulo multiplici, & quid in eo obseruandum.

Cùm tamen interdum quoq;, & sæpiùs quàm par sit, ab Aduocatis quibusdam, diuersa multa quę singularem enucleationem exigunt, in vnum articulum perperam congerantur: ad quem Responsio simpliciter facta incerta & minimè

himè deliberata, acceptioq; quoq; eius à Commissario sine latiori discussione facta veluti temeraria à Iudice censeri posset: ideò ad effugiendum omne vitium, & ad reportandum ad singula quęque certius, & ad probationem conducens responsum, haud abs re erit, vt Cõmissarius *articulum* huiusmodi *multiplicem diuidat*, & de vnoquoq; ipsius articuli capite, exactam quæstionem instituat: inscribendo examini qualis ad singula quæsita testis fuerit responsio.

NB.

EXPLANATIO horum verborum.

Super ijsdem Interrogatorijs--

—item—*Articulum multiplicem diuidat.*

Hîc incidit quæstio à D. Geilio *lib. 1. obser.* 95 *nu.* 7. quoq; posita: num nimirum si Commissarius dolo, culpa vel negligentia testem super interrogatorijs non examinauerit, an examen nullum sit. Et quidem ipse in contrariam inibi transit partem, existimando quod ad partis postulationem testis super interrogatorijs omissis, etiam post publicationem attestationum

recipi poſſit, per text. *in c. per tuas de teſtib* gloſ. ibid. in verb. *audiendum. c. cùm clamor. de iudic.* Alexand. *conſ. 72. nu. 9. & conſ. 174. col. pen. lib. 2. & conſ. 41. in fin. lib. 4.* Schurph. *conſ. 86. num. 2. cent. 2.* & nouiſſimè Maſcard. *de probatio. vol. 2. concluſ. 684. vbi num. 3.* vnum tantum Fridericum Scotum Placent. *conſ. 6. nu. 34.* ab hac opinione diſſentientem, recenſet. An autem teſtes qui ob interrogatoria prætermiſſa repetuntur, denuò iurare teneantur; exactè tractat Hartman. Piſtor. *lib. 1. quæſt. iuris. quæſt. 41.*

Cœterum elegans eſt doctrina Gemin. *in c. præſentium. in 12. & fin. col. de teſtib. lib. 6.* quod poſitio non ſit reijcienda, licet in ea contineantur plures articuli, ſed Iudex debeat interrogare partem ſuper quolibet: quam doctrinam fuſiùs, elegantibus quoq; & notandis verbis proſequitur D. Minſing. *cent. 2. obſer. 55.* inquiens, quòd ſi poſitio *plura capitula* contineat, tunc diſtincta reſponſio à parte fieri, & partim negare, partim confiteri eandem debeat: nec ſi aliqua earum vera ſit, generaliter negari eam poſſe: quam opinionem ipſe veriorē & Chriſtiano homine dignam cenſet, eamq; in Camera Imperiali iudicando confirmatam pronunciat, idque propterea vt omne periculum euitetur, & periculoſa quorundam *Aduocatorum verſutia* excludatur. Quam ſalutarem ſanè do-

ctrinam

ctrinam etiã hoc nostro in casu planè ab Commissario obseruandam censerem; vti nimirum is tali modo examinationem suorum testium instituat, quòd ij ad *quodlibet articuli caput* (si is varia in se contineat] distinctam proferant responsionem: ne eo omisso, ijdem *simpliciter* articulum verum vel falsum, cùm tamen pars aliqua secus se habeat, affirmando: (quod aliquoties, cùm animus eorum ad singula quæque non sit attentus, euenire haud erit difficile) non solùm seipsos, sed Commissarium quoque, & Iudicem denique ipsum, qui responsionem tali modo factam, cùm certius quicquam de causa non constet, simpliciter sequi cogitur, *per l. si defensor. §. 1. ff. de interrog. act.* fallant, & in errorem inducant. Quod non solùm eo in casu, quando Articulus *expressè* distincta capitula in se contineat, sed *implicitè* quoque in eo diuersa coincidant, recipiendum fore arbitrarer, cuius euidens exemplum in pecuniarum summis & alijs huiusmodi apparet: Fac enim Articulum mentionem facere, quòd Titius Caio 100. aureos mutuo dederit: hîc fortè fieri potest, quòd 80. tantùm numerata fuerint: Quare rem viro bono dignam Commissarius fecerit, si à teste, qui articulũ *simpliciter* negauerit, quærat, num fortè minorem summam numerari viderit. Licet verò his occini possit, non admodum opus

fuisse eiusmodi admonitione, cùm iure quoq; ipso cautum reperiatur, Articulum talem, qui partim verus sit, *in totum negari non posse*, sed testem etiam, nullo interrogante, ea parte qua verum credit, eundem fateri debere: cum simpliciter interrogatus, non tantùm de toto, sed & de parte interrogatus censeatur, iuxta text. *in l. qui seruum. §. vlt. ff. de interrog. actio. l. si defensor. §. 1. ff. eod.* Sed esto sanè, rem sine vlla difficultate se ita habere, ac proinde in dubium nullo modo reuocari posse: cum tamen plurimi *testes Idiotæ*, harumque *Argutiarum* (quo nomine talia insignire solent) ignari sint, fit sæpius, vt nemine pereunte, sermonesque ipsorum dirigente, simpliciter huiusmodi articulum sibi negare liberum, iuriq; veluti congruum arbitrentur. Ad præcauendum igitur & effugiendum huiusmodi errores, vtantur hoc casu Commissarij illa in ijsdem veluti terminis Aduocatorum *cautela*, qua dicunt, si Reus non credit articulatam summam, respondeat, *de quantâ credat*, cuius mentionem faciunt D. Zasius *in l. quidam existimauerunt. nu.* 10. *ff. si cert. pet.* & D. And. Geil. *lib.* 1. *obseruat.* 82. *nu.* 9. quos inibi in huius materiæ cognatæ terminis (in quibus cum eadem ratio versetur, idem jus quoque procedat necesse est) latius consulere licebit.

In

§. IV.

In articulo haud satis perspicuè posito, quæ sint Commissarij partes.

Cum similiter aliquoties vsu euenire soleat, quòd Articuli, super quibus testes sunt examinandi, haud satis perspicuè sint compositi, & in lucem editi, sæpè etiam multa latina vocabula (ab his quos gloria vexat inanis) præter decorum ijsdem inserta sint: Hic certè Commissarij officium erit, *vt verum articuli sensum, latinaq; immixta verba* testibus (qui vtplurimum illiterati esse solent] diligenter explicet, interpretetur, & ante oculos proponat, ne illi forsitan si hoc omissum sit, veluti rei propositę ignari, terminos eius egrediantur, neq; quicquam ad rem pertinens in medium proferant. Si autem Articulo nulla insit difficultas, ambiguitas aut incertitudo, aut certè eo quo dictum est modo discussa, sensusq; eius planus & apertus à Commissario redditus fuerit, tunc responsiones ipsorum te-

ſtium ad articulum & circũſtantias eius; ſecundum formam interrogatoriorum ad quemlibet articulum datorum factæ, *prout prolata* eæ fuerint, nihil de ijs mutando ſiue detrahendo in ſcriptis redigantur: Neq; teſtetur Commiſſarius de ſcientia teſtis, ſi verba ab eo prolata id non patiantur, neq; expreſsè inferant, veluti ſi ille, *ſe ita credere vel putare* ea quæ Articulo continentur, vera eſſe ſaltem dixerit, quod in contrario quoq; obſeruandum erit caſu. In tantum quoq; integrũ & omnib. modis abſolutum, in ſcripturã redigatur vniuſcuiuſq; teſtis dictum: quod *ad nullius alterius teſtis depoſitionem* Cõmiſſarius ſe referat, affirmando præſentem teſtem per omnia & in omnibus vti priorem depoſuiſſe.

NB.

Explanatio iſtorum verborum

Se ita credere vel putare.

--item--*Ad nullius alterius teſtis depoſitionem.*

Teſtis

Testis deponens per verbum *Credo* vel *puto*, Ich meyn es/ non probat, excepto casu *leg.1. de vent. inspic.* & sunt alij quoq;, nimirum quãdo *res non aliter potest probari nisi per præsumptiones & coniecturas*, vt est casus *in l. filium. ff. de his qui sunt sui &c.* de quo Sichard. *in l. testium. n. 11. & 12. C. de testib.* Sicuti & testis talis per verbum *Credo* deponens plenè probaret, si assignaret rationem concludentem per sensum corporis, iuxta Iason. *in l. 1. in pr. in vlt. col. vers. tertiò moueor, de iust. & iur.* Licet verò præstantissimus D. Iacob. Cuiacius *obseruat. lib. 3. cap. 26.* in cõtrariam abierit sententiam; putetque simpliter testes huiusmodi, qui *se arbitrari* vel *credere* dicant, non statim esse respuendos: Eius tamen opinionem saltem cum prædicta moderatione & in casibus paulò antè à nobis annotatis recipiendam fore, ac procedere posse arbitrarer. Aliter verò nec statuto introduci potest, vt testi de *Credulitate* deponenti fides adhibeatur, sicut hoc plurimis authoritatibus comprobat Ioan. Baptist. Asinius in sua Pract. §. 19. *cap.* 29. Plura de hac materia videre qui cupit, is adeat Mascard. *de probat. vol. 3. conclus.* 1357. vbi hoc latè prosequitur.

Cœterum licet plures Doctores in contrariam abierint partem, nimirum quòd testium examinator, si plurium testium depositiones

receperit, easque extensè in scriptis redegerit, possit posteà in alterius testis examinatione scribere, secundum vel tertium testem idem cum *primo teste deposuisse*, sicuti in hac opinione consistit Bald. *in tit. de pace Constãtiæ. §. hæc sunt nomina. pen. col. & in l. ex facto. §. fin. in fin. de vulg. & pupil.* quamuis contrariam sententiam titubando tamen *in l. volo. C de fideicom. sequi videatur*: Eandem opinionem quoque probat Ioan. And. & Abb. *in c. nihil de verbor. signif.* vnà cum Iason. *in l. quamuis. §. sed si putem. ff. de condict. indeb.* Ad euitandam tamen disputationem, & vt liquidiùs de dicto ipsius testis patêre possit, hanc, de qua hic facta est mentio, opinionem veluti tutiorem amplectendam fore censerem, præsertim cum Bart. *in l. 3. §. 1. ff. de testib.* & Anton. de Butrio *in c. nihil de verbor. signif.* eandem teneant, atq; Speculat. *in tit. de teste. §. nunc tractandum. vers. cautum* tutius quoq; arbitretur quòd *omnia extensè* scribantur: sicuti & Ioan. And. *in additio. ad eundem Speculat. in eod. tit. de teste. in §. si verò*, eandem veluti magis cautam pronunciat, probaturque à fortiori, quòd nec vnus idemq; testis ad *priorem* suam depositionem se referendo quicquam probet, sed cogi possit, vt *iteratò* deponat, vti voluit Bald. *in l. vl. in fin. C. de testib.* Felin. *in cap. per tuas de probatio.* quamuis id Bartolus iudicis arbitrio commit-

tendum

tendum censeat: quam opinionem in Cameræ Imperialis iudicio obseruari testatur Minsing. *cent.3.obseruat.64.* eandemque sub pulchra distinctione, quæ hoc in casu in consideratione erit habenda approbat, & latè confirmat Tiberius Decian. *in cons.66.num.4.vol.2.* latiusque prosequitur eandem quæstionem D. Iacobus Mœnoch. *de arbit. iudic. lib.2. casu* 109.

§. V.

De teste qui ipsi videtur contrarius, & quomodo dictum eius saluandum.

Cum iure quoque notum sit, testem sibiipsi contrarium nullam planè facere fidem, & proinde testimonium eius irritum reddi, multoties tamen euenire cõpertum est, vt, si superficiem verborum à testibus prolatorum saltem intueri & strictè sequi velimus, testes sibiipsis in ijs, quæ anteà deposuerant, dissidere videantur, & proinde tale testimonium nulla ex parte alicuius valoris & ponderis (à quo tamen vitio re ipsa longissimè absit) esse videri queat. Hoc itaq; vitium Commissarius sæpiùs effugere poterit, si te-

stem

ſtem monuerit, vt diligẽter omnia ponderet: *cùm ea, quæ antea* ab ipſo enunciata fuêre, cum hiſce poſterioribus minimè cõuenire videantur; neq; tamen teſtem eò adigat; vt planè certum quid deponat, ſed qualiſcunq; tandem ea declaratio fuerit, taliter eandem in ſcriptis redigi curet. Multa autem hoc caſu ab ipſo teſte afferri poſſunt, quibus cauſam ipſam explicet, & depoſitiones haſce primo intuitu diſſidentes ad concordiam reducat: Quòd tamen non ſemper euenire neceſſe eſt, cùm talis quoq; ab eo declaratio inſtitui poſſit, vt quò is magis ex contrarietate ſe expedire ſatagit, eò magis eidem ſeſe implicet atque inuòluat: quo ſane caſu demum is, veluti ſibi ipſi contrarius veniret repellendus, neq; dictum eius vllam mereretur fidem.

§. VI.

De teſtibus nimis verboſis.

Partes inſuper Commiſſarij erunt, vt ſi quidam ex teſtibus (quod *Idiotis* & re-

rum

rum imperitis admodum familiare esse solet) extra causam ipsam expatientur, & in inanem verborum strepitum latiùs sese extendant, hasce *Verborum* ampullas, vtpote ad rem ipsam nihil facientes, ipse amputet, neq; inane tale orationis flumen solius lucri gratia chartis illinere sustineat. *V*ltra enim imperitiæ notam auaritiæq; crimen, quæ sanè omnia hoc casu Commissarius (si diligens cura ab eo adhibita non fuerit) vix effugere poterit: nihil prætereà huiusmodi verborum prolixitate efficitur; quàm vt testi minus fidei habeatur: Iudex insuper ipse, qui in relatione causæ eiusmodi loquacitatem absq; omni fructu, & maximo cum animi tædio sustinere cogitur, perplexus ex hoc reddatur, & proinde ex hisce in voluctris merisq; nugis vix emergere ac se extricare queat. In viam itaq;, quantum quidem fieri potest, si testes huiusmodi causæ propositæ limites excedere velint, reuocandi erunt: cui monitioni *si morem*

gerere renuant, tunc in ſcriptis mentio eius facienda erit, vt Iudex ipſe cognoſcere poſſit, quanta huiuſmodi teſtibus præſtanda ſit fides.

§. VII.

De teſte ebrio-nimia timiditatis aut confidentiæ-item vario & dubitante.

Quod ad alios teſtium incidentes defectus attinet, imprimis ipſe Commiſſarius dabit operam, vt ſi quem teſtium *ebrietatis vitio detentum* tempore depoſitionis cognouerit, eundem à ſe procul ablegandum curet, iniungendo ei, vt alio tempore, quo crapulam is edormierit, menteq́; ſibi conſtet, rurſus compareat. Si quoq; quoſdam ex teſtibus *magna animi formidine* aut trepidatione, aut econuerſo *nimia confidentia & promptitudine* affectos animaduerterit, vel cum *variatione, dubitatione* aut inconſtancia teſtimonium ferentes viderit, *id literis conſignet*: cùm maximè ex talibus, qui ſe proferunt, affectibus oriantur ſuſpiciones: licet

licet interdum hæc quoq; (timor præſertim) non ex maligno animi propoſito, ſed ex ſola ruſticitate, vel rerum imperitia, multis hominibus naturâ inſita, emergere queant: quo in caſu qualitas perſonarum in conſideratione habenda, benignisq; verbis ſimplicium horum animos mulcendo, quantum quidem fieri poteſt, vana huiuſmodi formido ijſdem eximenda erit.

NB.

EXPLANATIO horum verborum:

Ebrietatis vitio detentum.

—item—*Id literis conſignet.*

In c.1.de teſtib. conſtitutum eſt, vt nemo *niſi Ieiunus* teſtimonium ferat, quod tamen gl. ibi de honeſtate nõ de neceſſitate dictum arbitratur: Et vt Baldus ibidem explicat, ibi non ponitur prohibitio, ſed quædam bona perſuaſio, quæ eſt quoddam quaſi conſilium. Hodie itaque conſuetudine receptum eſt, vt ſiue *Ieiunus* ſiue *non ieiunus* quis ſit, teſtificari tamen poſſit, valeatque dictum eius, iuxta tradita ab Abbate *in d.cap.*1. Obſeruandum tamen intereà quod Maſuerius in ſua Practica *tit. de teſtib. num.* 10.

id

id quod de depositione ieiuno stomacho faciẽda dictum est, in eo fortè obseruandum esse censeat, qui nimis *bibere* vel se *inebriari* cõsuetus sit: ꝙ jure & æquitate quoque nititur, nimirum ne testimonium ferat is, qui ebrietatis vitio detẽtus sit, iuxta notat. p gl. *in c. vnusquisq;* 22. *q.* 3. *vers. quid in ebrio. c. sanè* 15. *quæst.* 1. Alex. in Idolum. C. *de dol.* Bald. *in c nec testimonium. ext. de vita & honest. clericor.* & idem Bald. *in c. à crapula. d. tit.* & multos ad hoc congerit Tiraquel. *in tractat. de pœn temper. caus.* 6. *nu.* 8. vbi expreßè affirmat huiusmodi testem ebrium nõ probare: Cuius ratio est, quòd *ebrij ignorantes* dicuntur, & intelligentia carere videntur, iuxta adducta ab Abbat. *d. c.* 1. *de testib. & per c. sanè.* 15. *q.* 1. *& c. inebriauerunt, ead. quæst.* nec multum à furiosis differunt, *l.* 1. *§. furiosus. ff. de actio. & obligatio.* & tradit Mœnoch. *de arbit. iudic. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 326. *in pr.* Vt tamen ebrietas à testimonio quem repellat, necesse est, quòd tẽpore ferendi testimonij is ebrius fuerit, iuxta Crauet. *cons.* 169. *n.* 5. vbi ad hoc allegat Bald. & Dd. *in c.* 1. *in fin. de testib.* & Rip. *in l. fin. quæst.* 22. *C. de reuoc. donatio.*

Cœterum Iudex siue Commissarius si testes vacillare, vel cum trepidatione loqui animaduerterit, vel aliter eos quoquo modo suspectos habeat, tunc Notario præcipere debet,

vt hoc scriptis mandetur. Felin. *in cap. quoniam contra. nu. 49. de probat.* Imol. *in l. ab initio in gl. fin. ff. quando testam. aper.* Et quòd planè huiusmodi annotatio de commissione ipsius iudicis facienda sit, quam etiam sibi factam esse Notarius in scriptis attestari debet; patet ex notabili Angeli decisione *in §. & hoc insuper. in pen. col. in verb. eo modo si tabellio: in Auth. Vt sponsalit. larg.* sequitur Ferrar. *in for. oppon. cont. test. post publicatio. verb. vacillant*: qui etiam censet Notarium (qui licet in scribendo occupatus pleraq; talia visu assequi nequit) si tamen eiusmodi in occulos eius incurrerint, mentionem de eo, quod sibi visum fuerit, facere quoque debere.

§. VIII.

Quæ ratio in examinatione illustrium & ægrotarum personarum obseruanda.

Cum sæpiùs quoq;, quòd testes valetudine aduersa affectos atq; corpore ægros, mente tamen firmos, animiq; iudicio sibi constantes, Commissarius testimonij ferendi gratia accedat, necesse sit, (quod ad personas illustres & in maiori dignitate constitutas quoq; extenditur) optimum sanè fuerit, vt is prius, præsertim

ſertim verò in die productionis aliorum teſtium, *partes ipſas ad præſtandum cōſenſum*, quò in ipſarum quoq; abſentia teſtes huiuſmodi recipi & examinari valeant, admoneat: cuius eò minus iuſtam habent denegandi cauſam, quod ab aduerſaria parte Adiunctus adſit Notarius, qui vicem partis præſtare, ac ne quid præter decorum aut ſolitum Commiſſariorum officium ſuſcipiatur, ſollicita & diligenti cura animaduertere poterit.

NB.

EXPLANATIO iſtorum verborum:

Partes ipſas ad præſtandum conſenſum.

Egregias & in maiori dignitate conſtitutas perſonas, itemq; morbo impeditas coram Iudice ad *perſonaliter* teſtimonij dicendi gratia comparendum cogi non poſſe, ſed Commiſſarium ſiue Notarium ad eos ſe conferre teneri docemur *à leg. ad egregias*. & ibi Iaſ. *ff. de iureiur. c. ſi quis teſtium, de teſtib.* Bald. *in Auth. ſed Iudex. C. de epiſcop. & cleric.* earumq; perſonarum tam potens priuilegium eſt, quod eidem nullo modo renunciare poſſunt, ſecundum Cyn. *in l. honorem.*

norem.C.de episcop.& cleric. cum illud dignitati non personæ concessum sit, vti notat quoque Roman.*sing*.171. Hoc tamen casu cum Cōmissarius ad domum harum personarum pro recipiendo iuramento se confert, partem aduersam huic actui *interesse*, vel saltē ad hoc *citatam* esse necesse est, iuxta not. Bart. *in d.l.ad egregias*. cū regulariter verum sit, testium examinationem parte non citata factam nullius esse momenti, *iuxt.l.si quādo.C.de testib. Auth. sed si quis ab aliquo.C.eod.* & eundē Bart. *in l.maritus.col.*1.*ff.de quæstio.* quē sequitur Aret. *in c.in nomine Dom.in pr.de testib.* quam ibid.quoq; communem opinionem esse fatetur Dec.*n*.54.*vers.septimò fallit.* Si tamen *partes* Commissario concessissent facultatem recipiendi testes ipsis *absentibus*, tunc licita foret eorundem examinatio, legitimumque operaretur effectum, secundum Bald. *in l. si quando.in* 3.*col.C.de testib.* Et quòd firma ac rata talis censeatur concessio, probat per elegantem ad hoc text. *l.Herennius.ff.de euictio.* Cuius ratio est, ꝙ quilibet iuri ꝓ se introducto renūciare possit, *l.si quis in conscribēdo.C.de pact.* Sicut & aliàs talis testiū examinatio, ēt sine vllius partis citatiōe facta, si testis *graui morbo*, ex quo vitæ periculū subsit, decūberet, vel aliàs derepēte *in lōginquas oras* discessurus foret, licita reputaretur, ac iure sortiretur effectū, iux. Iñoc. *in c.significa-*

gnifica-

cauit. in fin. de testib. Iason. *in repetit. leg. admonendi. nu.* 177. *vers. circa secundum. ff. de iureiur.* Marsilius *in l. de vnoquoq. in* 1. *limitat. ff. de re iudic.* & Natta *cons.* 537. *num.* 15. *vol.* 3. quod latius tandem, etiam ad examinationem ab *Incompetente* Iudice factam deducitur à D. Andr. Geil. *lib.* 1. *obseruat.* 102. *num.* 4. & 5. *cum seqq.* Et generaliter alioquin constitutum est, quòd si periculum esset *in morâ*, tunc valeat examinatio parte non citata, iuxta Socini sententiam *in cons.* 262. *num.* 11. *vol.* 2. vbi ad hoc adducit Pet. de Anchor. *cons.* 177. à qua etiam opinione stat Roman. *in l. si verò.* §. *de viro. post num.* 89 *vers. quartò probatur. ff. solut. matrim.* In his autem casibus omnibus, *necessitas* postulat, vt Commissarius vices Rei (reseruando eidem exceptiones tam in personas, quàm dicta testium) sustineat, sicuti vnanimi consensu hoc probant Abbas & Felin. *in c. in nomine Dom. n.* 13. & 14. *ext. de testib.* vide etiam supra fol. 9.

§. IX.

De silentio testibus imponendo.

Vltimò tandem loco Commissarius auditis omnium & singulorum testium depositionibus summo studio ipsis iniungat, quòd omnia ea quæ testimonij gra-

grátia protulerint, *sub fideli silentio retinere*, neq; cuiq; quicquam ante factam publicationem reuelare aut communicare velint.

§.X.

De secundâ, tertiâ, & quartâ dilatione probandi.

Neq; porrò silentio prætereundum erit, quòd si Commissarius in ipsa examinatione testium, aut priùs quoq; deprehendat, quòd intra *primum* dilationis tempus causa demandata ob multitudinem nimirum testium, aut ob aliam legitimam impedimenti causam expediri non possit, is maturè *pro secunda dilatione probandi* in Camera Imperiali preces porrigi curet, *quæ sanè secunda & tertia* quoq; dilatio probandi [quando de impedimento per literas Commissarij aut alias constat, quod intra tempus primæ dilationis examen commodè expediri non potuerit) absq; difficultate conceduntur: quandoq; etiam pro arbitrio iudi-

cis considerata tantùm personarum & causæ qualitate, quæ loco causæ cognitionis habetur: *Quarta* tamen dilatio nunquam conceditur nisi cum solennitate legali, quæ est vt *eam petens primò iuret*, quòd non malitiosè & dolosè talem productionem exposcat. Et hæc ad examinationem testium quod attinet, pro instituti nostri ratione dicta sufficiant.

NB.

Explanatio istorum verborum *Eam petens primò iuret.*

Vt paulò ante dictum, *quarta dilatio* nunquã conceditur nisi cum solennitate legali, hoc est, vti hic innuitur, quòd *primò iuret*, quòd non malitiosè & dolosè talem productionem exposcat, iuxta formam *in §. quia verò in Auth. de testib. cum simill. suprà in verb. pro secunda, allegatis*: qua solennitate iuris seruata, si non decernatur, licita est *appellatio, iuxt. c. significauerunt, de testib.* Potest tamen ex Geilij doctrina *dict. nu.* 6. talis solennitas legalis partium consensu omitti: si enim pars aduersa *remittat iuramentum*, datur quarta dilatio sine solennitate legali, vt notat Felin. *in c. de causis. nu.* 4. *ne testib.*

quem-

quemadmodum in ſimili, teſti iuramentum remitti poteſt, *c. in tuis quæſtionib.* & ibi gl, *de teſtib.* Quod autem ſuprà in verb. *Quæ ſanè*, dictum eſt dilationes non deberi *prorogari*, fallit iuxta eundem Geilium *num.* 16. in hac *quarta probatoriâ* dilatione, quia illa cum eadem ſolennitate juris ex legitima cauſa prorogari poteſt. Alexand. Paul. de Caſt. & alij *in d. l. oratione. de fer. & l. fin. ff. eod. tit.* quòd nonnunquam in Camera obſeruatum fuiſſe, ibidem affirmat. Iudex tamen ex ipſius ſententia non debet eſſe facilis in proroganda quarta dilatione, ne fraus fiat legi, quæ non verbis ſed rebus poſita eſſe debet text. *in l. fin. C. de vſufruct. & l. 2. C. commun. de legat.* neue in effectu *quinta* dilatio permittatur, quæ de iure ne ex diuina quidem iuſſione concedi poſſet, vt inquit text. *in Auth. at qui ſemel. C. de probatio.* allegatus per Geilium *n.* 17. quem latius ibidem & in num. ſeq. conſulto. Hæc autem quæ de quarta dilatione probandi prorogranda dicta ſunt, tunc demùm vera eſſe neſcito, ſi ea *antequam* prioris dilationis tempus *elapſum* eſſet, petita fuerit iuxt. Bald. *in c. de cauſis. col. 2.* & ibi Dec. *de offic. deleg.* & Bald. *conſ. 34. lib. 4.* cum prorogatio ſit prioris termini quædam coniunctio, qui terminus ſi fuerit elapſus, quod non eſt, prorogari non poteſt, cum non entis nullæ ſint qualitates, *l. eius. ff. ſi cert. pet.* & notat

Geil.*d.obser.*91.*nu.*2c. per text. *in l. sed & si manente. ff. de precar. l. bonorum. ff. rem. rat. hab.*

§. XI.

De transsumptione Instrumentorum - Rasura vitiorum - Diuersa scripturâ - & sigillo.

In transsumptione tandem Instrumẽtorum, Priuilegiorum, aut aliarum huiusmodi scripturarum hæc ferè præcipuè obseruari conuenit; nimirùm vt Cõmissarius ipse *Originales scripturas* fideliter extrahi curet, nec etiam quodcuncunq; minimum literis mandare omittat, sed eo ipso tenore quo scripta sunt, diligenter referat. Si quoq; *rasura, aut interlineatio* fortè aliqua, *aut simile tale vitium* in ipsa scriptura appareat, id sanè haud tacitè prætereundum, sed in ipsa subscriptione diligens eius mentio facienda erit, vt eò melius Iudici, quo in statu causa ipsa posita, & quid sequendum ei in hoc sit, liquêre possit. Diligenter insuper in ipsis scripturis attendat, *num diuersi appareant* literarum characteres: an verò vnius saltem

tem hominis conſpiciatur manus ſue ſcriptura. Sigilla quoq; ſi quæ ſint appoſita, *quam imaginem* illa contineant, qua inſcriptione concluſa: & num ſarcta & illæſa, an verò *fracta, contuſa, vel deleta* illa ſint, attẽtiori cura inſpiciendum adhortor: cùm ex talibus pleriſq; fraudes & falſitates apparêre ſoleant non modicæ, proindeq́; talia veluti in quibus nõ modicus vertitur rei cardo, haud ſilentio prætereunda erunt.

NB.

EXPLANATIO iſtorum verborum: *Aut fracta, contuſa, vel deleta.*

Si ſigilla fracta fuerint, ita vt forma impreſſionis ſeſe minimè oſtenderet, neque literæ inſertæ amplius apparerent, atque hoc pacto dubium verteretur, cuius ſigillum illud eſſet, tunc totus ſcripturę tenor ex huiuſmodi defectu vitiaretur, iuxta Felin. *in c. inter dilectos. nu. 5. verſ. item corruptio.* Specul. *tit. de procur. §. ratione autem forma ſub nu. 1. verſ. item quod non ſunt ſigillo:* tenent eandem opinionem Socin. Sen. *conſ. 258. col. 3. verſ. ex quibus concluditur lib. 2.* & Crauet. *conſ. 56. num. 6.* Tandem nouiſſe conuenit hæc

quæ de sigillo dicta sunt in *priuilegijs* saltem & similibus, in quibus sigillum de solennitate vel substantia ipsius actus requiritur, locum obtinere: secus autem vbi *necessariò* illud adhibendum non foret, tunc enim etsi in totum deficeret, minimè tamen ad generandum impedimẽtum habile aut sufficiens foret: sicuti ad instrumenta hoc applicando, pulchrè ex Innocentij, Hostiensis & Cardinalis authoritate tenet D. Vdalric. Zasius *in cons. 2. nu. 37. lib. 1.*

Et hæc quidem de *tertio*, nimirum examinationi testium destinato tempore, quantum instituti nostri ratio fert, dicta sufficiant.

PARS IV.

seu

Quartum Tempus examinationem testium sequens, conclusionemq; totius causæ continens.

His omnibus deniq; peractis, cùm tandem examen testium, in mundum fuerit redactum, ac ope auxilioq;

Ad-

Adiuncti reuisum & collationatum, atq; scripturæ eiusdem Adiuncti per omnia simile & concordans fuerit repertum: tunc demum nihil aliud restat agēdum, quam quod examen ipsum testium [Rotulum quem vocant) sub Cōmissarij ipsius sigillo clausum & obsignatū Cameræ Imperiali transmittatur. Vt autem etiam in hoc debito ordine procedatur, in initio & ingressu ipsius Rotuli mentio facienda erit, qua in causa Cōmissio talis emanarit, qua forma Cōmissario ea expedienda transmissa fuerit, & quid deniq; peractum in ea sit, quod sub eiusmodi ferè tenore comprehendi solet.

PRÆFATIO *& initium ipsius Rotuli.*

INuictissime, Potentissimeq; Imperator, &c. Cùm in causa inter Dn. Pyrthum &c. in Camera Imperiali indecisa pendente, eò procesū fuerit, quòd Dn̄s Actor ad ꝓbationem productorū positionalium Articulorum fuerit admissus,

ac proinde eo nomine ſub Cæſareæ veſtræ Maieſtatis ſigillo Commiſſio quædam, adiunctis eidem poſitionalibus articulis, ambarum partium interueniente conſenſu in me fuerit decreta, mihiq́; vnà cum nominibus & cognominibus ipſorum teſtium fuerit tranſmiſſa, iniungendo vt iuxta in ea contenta progredi, omniaq́; ritè expedire velim: quæ quidem ea qua decet reuerentia à me ſuſcepta, & eiuſmodi tenoris reperta fuit.

Hîc ponatur forma Commiſſionis.

Secundo loco addantur Poſitionales articuli.

Tertiò nomina teſtium iuſta ſerie enumerentur.

Sequitur porrò.

RECepta & perlecta hac Cæſareæ veſtræ Maieſtatis Commiſſione, cum debita reuerentia, humiliq́; ſubiectionis officio eandem in me ſuſcepi, & prædictos teſtes ad 18. diem Febr. in hoſpitio Aquilæ nigræ vrbis Helenopolitanæ per Petrum de Currerijs iuratum ad hoc ta-

bella-

bellarium coram me ad comparendum inſequentibus verbis citari feci.

Hîc ponatur Citatio teſtium.

POſteaquam etiam in Cæſareæ V. M. Commiſſione inter alia iniunctum quoq; mihi fuerit, quod Dño Aduerſario, num productioni teſtium præſens eſſe, vel alium ſui loco adhibere velit, ad videndum teſtes recipi, eorumq́; iuramenta præſtari, ad dandum quoq; interrogatoria, & ad alia quæ ei neceſſaria facto videbuntur, expedienda, inſuperq́; ad adiungendum examini Notarium non ſuſpectum maturè denunciem: Id omne, Aduerſario deſignatum locum & tempus inſequentibus verbis annunciando, omni cura à me peractum eſt.

Hîc ponatur Denunciatio Reo tranſmiſſa.

TAndem quoq; certificatio Dño Producenti in ſequentẽ facta eſt modũ.

Hoc loco inſeratur Certificatio.

HÆc omnia fideliter à *Nuncio ad hoc iurato fuiſſe executa*, ex relatione mihi ab

ab eodem facta, quæ inſequentis tenoris reperta fuit, conſtitit.

Hîc addatur Nuncij relatio.

LOco dieq; præſignato circiter horam nonam in hoſpitio Aquilæ nigræ vrbis Helenopolitanæ in ſuperiori hypocauſto, coram me præcitati teſtes, ambæque partes promptæ comparuerunt, quibus Cæſareæ V.M. præceptum & Commiſſionem inſinuaui, eandem publicè prælegi, annexumq; ſigillum recognoſcendum tradidi, dando ſimul ijſdem licentiam, vt ſi quid contra proferre vel in medium adducere velint, id peragere poſſent: pollicitus me quidem omnia ea audire, in literas referre, examiniq; ipſi adiungere paratum fore.

Sequitur porrò hic ipſius Protocolli extenſio.

OMnibus tandem abſolutis, concluſio in hunc qui ſequitur concipi poterit modum.

CON-

CONCLVSIO.

Cùm Inuictiſſime Imperator Dñe Gratioſiſſime in prædicta emanata cõmiſſione inter cætera mihi iniunctum fuerit, quòd omnia hæc quæ à partibus ipſis vel eorum procuratoribus corã me fuerint peracta, ſimiliterq; teſtium ad trãſmiſſos articulos, eorumq; tam generalia quã ſpecialia interrogatoria factas depoſitiones Cæſareæ V.M. eiuſque Imperiali iudicio, ſigillo meo firmatas atq; obſignatas tranſmittere debeam: Quapropter huic Cæſareæ V.M. mandato fidele obſequium præſtando, Rotulum hunc ad 350. folia extenſum, & per Euſebium Polygraphum quem huic actui adhibui, fideliter ſcriptum, & in præſentia ipſius Adiuncti Notarij collationatũ, ſineq; vlla diſcrepantia repertũ, *exteriusq; ſigillo meo confirmatũ*, Cæſareę V.M. eiuſq; Cameræ iudicio ſuppliciter humiliq; obſeruantiæ ſtudio me eidem cõmendando, offero atq; tranſmitto.

NB.

EXPLANATIO horum verborum:

Exterius sigillo meo confirmatum.

Cùm D. Andreas Geilius incidendo in locos materiam nostram tangentes, ea industria & perspicuitate singula quæq; explicet, vt vix quidpiam magis ad rem conducens in medium afferri possit: eapropter nemo vt arbitror mihi vitio vertet, si in eiusmodi locis verba ipsius Geilij, prout ea prolata ab ipso sunt, studiosæ iuuentuti proponam: quod quoque in conclusione huiusce opusculi facere, & huius loci Practicam ex ipso Geilio *in Obseruationum lib.1 obseru.96.num.9.* referre volui, vbi ait: Quod examinatis ritè & sigillatim testibus, ijsq́ne silentium impositis, Commissarium Rotulum siue attestationes partibus non communicare, sed suo sigillo obsignatum ad Committentem transmittere debere, iuxta textum *in c.cùm clamor ext.de testib.* text. *in c.constitutus.§.fin.de fideiussorib.* Tancredus *lib.3.tit.de testib.produc.in pr.* facit textus *in l. cùm ab initio. ff. quemad.testam.aper.* coram quo posteà ad instantiam partium publicatio facienda est, *l.Iudices,* vbi Bald.C. *de fid.instrum.* Angel.*in §.quoniam scimus in Auth. de testibus.*

FINIS.

Sequi-

Sequitur

COMMISSARIUS GERMANICUS,

Id est:

Teutsche

Commissions-Proceß/

Oder

Kurtze Instruction deß gantzen

Proceß in Commission sachen/ an Fürsten/ Cantzley- Hoff- vnd Vndergerichten / auch an Käyserl. Cammer zu Speyer vblich vnd bräuchlich / wie sich nemblich die verordnete Commissarien, vnd Notarij, so wol in Verhörung der Gezeugen/ als in Protocollirung rc. zuverhalten haben.

FORMVLA SVPPLICATIONIS Pro Commißione ad examinandum testes.

N. F. E. F. G. gibt Anwaldt deß E. vnd B. N. von vnd zu N. ꝛc. vnderthenig supplicirend zuerkennen / wie dz ietzermelter sein Principal wider gedachten Flecken N. Trieb / Trab / Frondienst / vnd anders halber von dem N. N. Oberrath zu N. in rechtfertigung erwachsen / darin so fern Procedirt / daß nun mehr allerseits ad probationem geschritten / auch in solchem ende / an seiten Anwalts Principals N. N. wolernants Fürsten Oberraths Secretarius zu Commissarien ernant / vnnd

ex

ex aduerso bewillgt worden / als er nun hierauff ad examen testium, darunder auch N. N. fürgestelt / zu schreitten vermeint / hat ermelter N. den Zeugen Eydt zu præstiren schrifftlich verweigert / vnnd im Fall er nit dessen erlassen werden / wölle sich ad ordinarium hunc iudicem beruffen / wie E. F. G. auß beyliegender seiner deß wegen anermelten Commissarium abgangenen missiu litera A. notirt / gnedig zu sehen. Weil aber der gegentheil diesen zeugen seines Eyds nit erlassen wil / vnd doch gleichwol seinem Principaln an dessen Außsag vnnd deposition mercklich gelegen / damit er dann deren nit destituirt vnd beraubt werde / vnd dann derselbe E. F. G. vnd dieser höchsten Justici / als ein freyer

vom Adel ohne mittel vnderworffen. Als gelangt hierauff an E. F. G. Anwaldts vnderthänig Anruffen vnnd bitten/ seinem Principaln auff ermelten N. als an gedachtem Vndergericht bewilligt/ vnnd verordneten Commissarien mehrberürten N. auff beyhabende probatorial Articul/ neben andern fürgestelten Zeugen gebürlich/ vnnd wie recht zuverhören/ commissionem in cōmuni & visitata forma, vnd zeit pro prima dilatione 3. Monat gnedig zuerkennen vnnd mit zutheilen. Hierüber I. F. G. ꝛc.

Sequitur alia FORMA

Vmb ferner Befelch an Commissarien mehr Zeugen zuverhören.

H. F. ꝛc. Demnach der E. vnd V. N. von N. & consorten, wegen etlicher gerech-

gerechtigkeit im N. wider Herrn N. ꝛc. eine Commission ad perpetuam rei memoriam außbracht / vnd aber vnder damals benanten Zeugen laut seines beyliegenden Schreibens etliche verstorben / vnd etliche andere alte Zeugen / so vmb berürte gerechtigkeit gute wissenschafft haben / in erfahrung bracht / in massen dieselbige in beyligendem Zettel sampt jhrem hohen alter specificirt, damit dann die warheit desto bester an Tag komme vnd gefördert werde / so ist Anwalts vnderthänige bitt / E. F. G. wöllen fernern befelch an die Commissarien außgehen / vnd jhnen sampt vnd sonders darinn gebieten / vnd aufferlegen / auch hieneben specificirte Zeugen vermög außgangener Commission zuverhören / vnnd nach vermög deroselben zuverfahren lassen / in dem

E. F. G. ꝛc.

TITV-

TITVLVS I.

EŢwas vom Ampt der Commissarien vnd der Commissionen in erforderung vnd verhörung der gezeugen nach gemeinen beschriebenen Rechten so wol an Hoff- vñ vndergericht / als Keyserlicher Cammer darzu verordnet zuschreiben fürnemment / hab ich weitläufftige Erklärung nothwendig zu seyn nit für rathsam geachtet / durch wz mittel vnnd Weg nemblich auff dz förderlichste darzu kommen möchte / vnd zu welcher Zeit solche anzuordnen / sintemahl menniglichen wohl bewust / wie daß nach außgangener vnd für Gericht einbrachter Klage / in dem alle vnnd jede verzügliche Außzüge schon rechtmessiglich abgeschnitten vnd auffgehoben sind / beneben andern verhindernüssen / welche der angefangenen Sachen entgegen zu seyn / sich ansehen liessen / den Krieg Rechtens ordentlicher weise zu-

se zu befestigen / vnd auff einbrachte Arti-
cul hell / klar vnnd deutlich / wie die Ord-
nung der Rechten solches erfordere / ant-
wort zu geben sey. Vnder welchen so viel-
leicht etliche / oder ja wol alle weren ver-
neint worden / als dann entlich der Kläger
zu derselben mag zugelassen / welches auch
dem Beklagten / so er billich erhebliche Vr-
sach seiner Einrede / wie auch derselben
Beweisthumb zuhaben vermeinet / nit wol
mag versagt werden / dañ Beklagter auch
in den von jhme fürgewandten Excepti-
onen die stelle eines Klägers verweset /
vnd für ein Kläger geachtet wirdt.

Quæstio I.

Welche Person in Commission sa-chen nothwendig seindt?

Ein Richter / von dem die Commission
außgehet / Kläger / Beklagter / Commissa-
rius, Notarius, die Zeugen vnd geschwor-
ner Bott.

Quæstio 2.

Was ein Gericht sey?

Es ist ein ordentliche Zusamenkunfft vnd rechtmessige handlung dreyer Personen/ nemblich eines Richters/ Anklagers vnd Beklagten/ so da nothwendiglich zu einem Gericht gehören/ vnnd darin seyn müssen.

Quæstio 3.

Was ein Richter sey?

Ein Richter ist der/ so da der Partheyen Klag vnd Antwort anhöret/ verricht vnd mit Vrtheil entscheidet.

Quæstio 4.

Was ein Kläger sey?

Ein Kläger ist der/ so da jemandt mit recht fürnimbt vnd verklaget.

Quæstio 5.

Was ein Beklagter sey?

Ein Beklagter ist der/ wieder welchen man im Gericht handelt oder richtet/ oder der im Recht auß Vrsachen/ wie die seyn mögen/ beklaget wirdt.

Quuæstio 6.

Was ein Commissarius sey?

